BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
33 H
25
ROMA

N.

4.5

SACRA

BAPTIZANDI INSTITVTIO,

Iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

IN HOC LIBRO ETIAM, QVAE apud Infirmos in extremis laborantes, & quæ poſt eorum obitum officia fiunt, continentur.

ACCESSERE ALIA MVLTA CVM Exorciſmis contra Dæmoniacos, & Viſitatione Infirmorum.

Vt in ſequenti Tabula patet.



ROMA

BIBL. SS. IO. & PA. DE URB.


VENETIIS,

Apud Heredes Melchioris Seſſę. M D LXXXI.

INDEX OMNIVM QVAE in hoc libro continentur.

MODVS baptizandi ſecundum Eccleſiam Romanam folio 2.
Benedictio aquę in diebus dominicis. 4
Abſolutiones diuerſę. 5
Ad cōicandum infirmum. 7
Ad vngendum infirmum cū oleo ſancto. 8
Proteſtationes, & Orationes circa morientes. 12
Commendatio animę. 10
Paſsio ſm Matthęum. 21
Paſsio ſm Marcum. 26
paſsio ſm Lucam. 31
Paſsio ſm Iohannem. 36
Quicunque vult ſaluus eſſe. 39
Confitemini domino. 41
Beati immaculati, cum reliquis pſalmis horarum. 41
Orationes multum deuotę circa morientes. 46
Benedictio cinerum, & cilicij, vel ſtamignę. 62
Ad ſepeliendum clericum. 63
Ad ſepeliendum ſecularē. 72
Officium pro paruulis ſepeliendis 74
Officium ad ſepeliēdum ſm morem Venetum. 75
In anniuerſario defuncti. folio. 76
Officium defunctorum. 79
Pſalmi pęnitentiales. 100
Benedictio aquę, in vigilia Epiphanię 109
Proceſſio in die Purificationis beatę Marię. 124
Proceſſio in die Palmarum. 127
Benedictio fontium in ſabbatho ſancto, & in die Pentecoſtes. 134. & 136
Benedictio nuptiarum ſuper ſponſum & ſponſam. 38
Benedictiones diuerſę. folio 141. vſque ad 143
Ad introducendā mulierē in eccleſiam poſt partū. 143
Bńdictio nouę domus. 144
Benedictio thalami. 144
Bńdictio nauis nuꝑ factę 144
Exorciſmi ad effugandos demones. 145 vſque ad 145
Benedictio contra tempeſtatem & turbinem. 176
Orationes ſuꝑ infirmos viſitandos nuper additę. 176

MODVS BAPTIZANDI
SECVNDVM ECCLESIAM ROMANAM.



Cum venerit infans ante ianuas eccleſię: ſacerdos interroget de noie infantis, ⁊ faciat eũ tenere ſup brachiũ dextruz, ⁊ dicat Johannes vel Petre, vel Maria: quid petis ab Eccleſia Dei? Reſpondet patrinus. Fidem. Sacerdos. vero iterum interroget ⁊ dicat. Fides quid tibi pręſtat? Reſpõdet patrinus. Vitam ęternam. Sacerdos. Hęc eſt vita ęterna, Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ⁊ proximuz tuum ſicut te ipſum: Hoc eſt primum, ⁊ maximũ mandatũ. Et dicat hoc tribus vicibus. Poſtea inſufflet ter in faciem eius, ⁊ dicat. Exi ab eo. vel ab ea immunde ſpiritus: ⁊ da locũ ſpiritui ſancto paraclito. Et idem dicat tribus vicibus. Deinde faciat crucẽ in fronte, ⁊ in pectore infantis nominando, ⁊ dicat. N. Accipe ſignaculũ ✠ Dei patris omnipotẽtis: tam in fronte, quã in corde: vt pcepta mandatorũ ſuorũ valeas adimplere. Tunc exhalet calido flatu ter in faciẽ eius, ⁊ dicat. Inſuflo te Catechumenuz denuo, in virtute

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ſpiritus ſancti:vt quicquid in te vitij malorum eſt ſpirituũ inuaſione, ꝑ huius exorciſmi myſterium,grē ſit tibi ipſa virtus purgatio. Orō.

Preces noſtras queſumus dñe clementer exaudi:ꝛ electũ tuũ N. crucis dñicę, cui⁹ impreſſione eum vel eā ſigna ✠ mus, virtute cuſtodi:vt magnitudinis glorię tuę rudimenta ſeruans: per cuſtodiam mandatorum tuorum,ad regenerationis gloriaȝ peruenire mereatur. Per Chriſtum dñm nrm.

Tunc accipiat ſal,ꝛ ponat in ore infantis dicens, inuocato nomine eius N. Accipe ſal ſapientię, quod propitietur tibi in vitaȝ ęternam. R. Amen. Oremus.

Deus patrũ noſtrorũ: Deus vniuerſę conditor veritatis, te ſupplices exoramus:vt hũc famulũ tuum N. reſpicere digneris ꝑpitius,vt hoc primũ pabulũ ſalis guſtantem,non diutius eſurire permittas:quominus cibo expleat cęleſti:quatenus ſit ſemper dñe ſpũ feruens:ſpe gaudens: ꝛ tuo nomini ſemꝑ ſeruiens:ꝛ perduc eũ ad nouę regenerationis lauacrũ:vt cũ fidelibus tuis, ꝓmiſſionũ tuarũ ęterna ꝓmia cõſequi mereat᷑. Per Chrm dñm noſtrũ. R. Amē. Deinde dicat. V. Dñs vobiſcũ. R. Et cũ ſpiritu tuo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Mattheum. R. Gloria tibi domine.

IN illo tpe: Oblati ſunt paruuli ad Jeſum, vt manus eis imponeret, ⁊ oraret. Diſcipuli autẽ increpabãt eos. Jeſus vero ait, Sinite paruulos, ⁊ nolite eos prohibere venire ad me: taliũ eſt enim regnũ celorum. Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde. Tunc introducat infantẽ in eccleſiã, ⁊ dicat. Petre. vel Maria, intra in cõſpectũ dñi per manũ ſacerdotis, vt habeas vitã ęternã. ℟. Amen. Et dicat Pater noſter, ⁊ Credo in Deum. Et ponãt infantẽ in pauimento, ⁊ dicto Credo. ⁊ Pater noſter, Tũc tãgat aures, ⁊ nares eius cũ ſputo: dicens Effeta, qđ eſt adaperire aures, ⁊ nares, in odorem ſuauitatis. Tu autẽ effugare diabole: appropinquabit enim iudicium dei. Et dicit ei inuocato noie eius. ℟. Abrenuncias ſathanę? Rñdet patrinus. Abrenuntio. Sacerdos. Et omnibꝫ operibꝰ eius. Rñdet patrinus. Abrenuncio. Sacerdos. Et omnibus pompis eius. Reſpondet patrinus. Abrenuncio. Deinde tangat ei pectus ⁊ inter ſcapulas de oleo ſctõ, faciendo crucem ✠ cũ pollice, ⁊ dicat ad eum. Et ego te linio pectus, ⁊ ſcapulas, oleo ſalutis, in Chriſto Jeſu domino noſtro, vt habeas vitam ęternam.

Et venientes ſupra fontem, ſacerdos interrogat infantem ita dicẽs. Quo nomine vo-

caris? Reſpondet patrinus N. Item interroget N. Credis in Deū patrē oipotentē creatorem cęli, & terrę? Reſpōdet patrinus. Credo. Sacerdos. Credis & in Jeſum Chriſtum filium eius, vnicum dn̄m noſtrū, natum, & paſſum? Rn̄det patrinus. Credo. Sacerdos. Credis in ſpiritum ſanctum: ſanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam ęternam? Rn̄det patrinus. Credo. Deinde dicat ei. Petre vel Maria, vis batptizari? Reſpondet patrinus. Volo. Deinde baptizet ſacerdos infantem ſub trina immerſione, ſanctā Trinitatem ſemel inuocans, & dicens. Et ego te baptizo: in nomine patris, ✠ Et mergat ſemel. Et fi ✠ lij. Et mergat iterum. Et ſpiritus ſancti. ✠ Et mergat tertio. Vt autē ſurrexerit a fonte faciat presbyter ſignū crucis ✠ de chriſmate cū pollice, in vertice capitis eius, dicēs hāc orōnē. Oremus.

Deus omnipotens, pater domini noſtri Jeſu Chriſti: q te regenerauit ex aqua & ſpū ſancto: quiq; dedit tibi remiſſionem omniū peccatorū: ipſe te liniat chriſmate olei ſalutis in vitam ęternam. Amen. Deinde Sacerdos accipiat linteum: & ponat in capite infantis, & dicat hanc oratione.

ACcipe veſtem candidam, ſanctam, ⁊ immaculatam: quam perferas coraꝫ domino noſtro Jeſu Chriſto, vt habeas vitam ęternam. Amen.

BENEDICTIO SALIS, ET AQVAE ſm conſuetudinem Romanę Curię diebus Dominicis facienda.

In primis dicit ſacerdos.

℣. Adiutorium noſtruꝫ in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum, ⁊ terraꝫ. Deinde dicit abſolute a ſacerdote ſuper ſal ſequens Oratio.

Exorcizo te creatura Salis: p Deũ viuum: ✠ per Deum verum: ✠ per Deum ſanctum: ✠ per Deũ, qui te per Eliſęum prophetam in aquam mitti iuſſit, vt ſanaret ſterilitas aquę, vt efficiaris ſal exorcizatũ, in ſalutem credentiũ: vt ſis omnibus te ſumẽtibus ſanitas animę, ⁊ corporis: ⁊ effugiat, atqꝫ diſcedat ab eo loco, in quo aſperſum fueris, ois fantaſia, ⁊ neqtia, vel verſutia diabolicę fraudis, oisqꝫ ſpiritus immundus adiuratus per euꝫ, qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

IMmenſam clementiam tuã omnipotens ęterne Deus humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis, quam in vſuꝫ generis humani tribuiſti: bene✠dicere, ⁊

ſancti ✠ ficare digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſanitas animę,⁊ corporis, vt quicquid ex eo tactuꝫ,vel aſperſum fuerit: careat oi immūditia: omniqꝫ impugnatione ſpūalis nequitie. Per dñm nr̄m Jeſum Chriſtū filiuꝫ tuū. Qui venturus. Exorciſmus aquę.

Exorcizo te creatura aquę, in noīe Dei pa ✠ tris omnipotentis: ⁊ in nomine Jeſu ✠ Chriſti filij eius domini noſtri: ⁊ in virtutē ſpiritus ✠ ſancti, vt fias aqua exorcizata,ad effugandam omneꝫ poteſtatem inimici: ⁊ ipſum inimicum eradicare, ⁊ explātare valeas, cum angelis ſuis apoſtaticis, Per virtutem domini noſtri Jeſu Chriſti: Qui venturus eſt iudicare viuos,⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Oremus.

Deus, qui ad ſaluteꝫ humani generis maxima quęque ſacramēta in aquarū ſubſtātia cōdidiſti: adeſto ꝓpitius inuocationibus nr̄is: ⁊ elemēto huic multimodis purificationibus pręparato: virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiēs, ad abigendos demones, morboſqꝫ pellendos, diuinę gratię ſumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fideliū, hęc vnda reſperſerit: careat omni im munditia, liberetur a noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant

ſcedāt inde oēs inſidię latētis inimici, ⁊ ſiqd eſt qđ aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aſperſione huius aquę effugiat, vt ſalubꝛitas, per inuocationem tui ſancti nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per do. Hic mittat ſal in aquā in modum Crucis dicendo. Commixtio ſalis, ⁊ aquę pariter fiat. In noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiri ✠ tus ſancti. ℟. Amē. Deinde dicat ſacerdos. D ñs vobiſcum. ⁊c. Oꝛemus

Deus inuictę virtutis auctoꝛ: ⁊ inſuperabilis imperij rex, ac ſemp magnificus triumphatoꝛ: qui aduerſę dominationis vires repꝛimis: qui inimici rugientis ſęuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te domine tremētes, ⁊ ſupplices depꝛecamur, ac petimus: vt hanc creaturā ſalis ⁊ aquę dignāter aſpicias, benignus illuſtres, ⁊ pietatis tuę roꝛe ſancti ✠ fices: vt vbicunque fuerit aſperſa, per inuocationem tui ſancti nominis, omnis infeſtatio immūdi ſpiritus abigatur, terroꝛque venenoſi ſerpentis pꝛocul pellatur, ⁊ pręſentia ſancti ſpiritus nobis miſericoꝛdiā tuā poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per dñm. Deinde dicitur Aña. Aſperges me dñe hyſopo, ⁊ mundaboꝛ, lauabis me: ⁊ ſuper niuē dealbaboꝛ: ps. Miſerere mei Deus, ſecundum magnā miſericoꝛ-

ſericordiam tuã. ℣. Gloria patri. Et repetitur Añа. Aſperges me. Poſtea vadat Sacerdos ante gradus maioris altaris Eccleſię, ⁊ dicat. ℣. Oſtende nobis dñe miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuũ da nobis. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Exaudi nos dñe ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus: ⁊ mittere digneris ſanctũ angelum tuũ de cęlis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtũ dominum. A feſto Reſurrectionis vſq; ad Pentecoſten: loco Añę Aſperges. dr Añа. Vidi aquã egredientem de templo, a latere dextro, haleluiah: ⁊ omnes ad quos peruenit aqua iſta, ſalui facti ſunt: ⁊ dicent, haleluiah, haleluiah. ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Et repetitur Añа. Vidi aquam. ℣. ⁊ Oratio. vt ſupra.



ISTA EST FORMA Abſolutionis abſtracta de formulario domini Papę, pro habẽtibus indulgẽtiã plenariam in mortis articulo. Primo dicat infirmus ſi poteſt.

Con-

Confitebor Deo omnipotenti. Si vero non poteſt dicat alius loco ſui. Poſtea confeſſor, cui fuerit generaliter, vel ſpecialiter confeſſus dicat. Miſereatur tui.
Conſequenter ſubiungat, ꝛ dicat abſolõnẽ.

Auctoritate Dei, ꝛ beatorũ apoſtolorũ Petri, ꝛ Pauli: ꝛ dñi Papę N. ꝛ ſancte Romanę eccleſię tibi conceſſa: mihiq; in hac parte cõmiſſa: ego te abſoluo ab oĩ ſententia excomunicationis maioris vel minoris, ſi quã incurriſti: in quãtũ mihi cõmittitur: ꝛ reſtituo te vnitati fideliũ: ꝛ ſctis ſacramẽtis eccleſię. Itẽ eadẽ auctoritate, abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, cõtritis, cõfeſſis, ꝛ oblitis, ꝛ a tranſgreſſione regulę, ꝛ ſtatutorũ: inquãtũ claues ſanctę eccleſię ſe extendunt, ꝛ abſoluo te ab oĩbus pęnis, tibi in purgatorio debitis, ꝑpter culpas, ꝛ offenſas, quas cõtra Deum, aĩam tuã, ꝛ proximũ tuũ cõmiſiſti, ꝛ reſtituo te illi innocẽtię, i qua eras qñ baptizatus fuiſti. Et hoc, ſi de a qua ęgrotas infirmitate morieris. Si vero iſta vice nõ morieris, reſeruo tibi plenariã indulgẽtiã, tibi cõceſſaz a dño papa, ꝑ vltimo articulo mortis tuę. In noĩe ✠ patris, ꝛ fi✠lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti. Amẽ.

¶ Iſta eſt forma abſoluendi illos, qui habent indulgentiam eligendi ſibi ſemel tantum confeſſorem, qui eos abſoluat ab omni

caſu

caſu etiam pertinente ad dominuȝ Papaȝ.

DOminus nr̃ Jeſus Chꝛs te abſoluat, ⁊ ego auctoꝛitate ipſius ⁊ beatoꝛũ apl'oꝛuȝ Petri, ⁊ Pauli, ⁊ ſummi Pontificis, mihi cõmiſſa, ⁊ tibi in hac vice cõceſſa: abſoluo te ab oi vinculo excõmunicationis maioꝛis, vel minoꝛis, vel ſententia ſuſpenſionis, ⁊ interdici, ⁊ diſpẽſo te ab omni irregularitate: ſiquã incurriſti, ⁊ reſtituo te vnioni, ⁊ participationi fideliuȝ: nec non ſanctis ſacramentis eccleſię. Iteruȝ abſoluo te ab oibus peccatis tuis, mihi confeſſis, contritis, ⁊ oblitis, cum circunſtantijs eoꝛum, quomodocunque, vel qualitercunque offendiſti creatoꝛem tuum, animam tuam, pꝛoximum tuum, ⁊ regulam tuam. In noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amẽ.

¶ Iſta eſt alia foꝛma abſolutionis abſoluendi a minoꝛi excommunicatione.

ABſoluo te a vinculo excommunicationis hui⁹, quã cõfeſſuſ es: ⁊ ab alia ſi teneris: in quãtũ poſſumus, ⁊ debemus: ⁊ reſtituimus te eccleſiaſticis ſacramentis. In noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amẽ.

¶ Abſolutio, quam debent facere cõfeſſoꝛes quando audiunt confeſſionem.

DOminus nr̃ Jeſus Chꝛs p ſuã miſericoꝛdiaȝ te abſoluat: ⁊ ego auctoꝛitate

te ipſius qua funger, abſoluo te ab oib⁹ pec‑
catis tuis, ⁊ a vinculo excõmunicationis, ſiquã
incurriſti, ⁊ a participatione cuꝫ excõicatis ſi
teneris: quãtũ auctoritas mea ſe extẽdit, ⁊ re‑
ſtituo te ſctis ſacris eccleſię, ⁊ vnitati fideliuꝫ:
In noie ✠ p̄ris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſcti. Amẽ.

vel faciant abſolutionem ſequentem.

Ego abſoluo te ab oibus pctis tuis: q̃ mihi modo cõfeſſus es: ⁊ ab oib⁹ alijs quorũ memoriã nõ habes: ⁊ oia bona, q̃ feciſti, ⁊ facturus es, ſint ad laudẽ dei oipotẽtis: ⁊ mala oia q̃ patieris, ⁊ paſſus es, ſint tibi in remiſſioneꝫ oium pctõꝝ tuoꝝ. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amẽ.

ORDO AD COMMVNICAN‑ dum Infirmum.

Cum peruentũ fuerit ad locũ, vbi iacet infirmus: ſacerdos intrãs domũ dicat Pax huic domui. ℟. Et oib⁹ hitãtib⁹ in ea. Deinde ſacerdos accedat ad ęgrotum, ⁊ in modũ crucis aſpergat eũ aqua bñdicta: dein de domũ dicendo añam. Aſperges me. ps. Miſerere mei de⁹. Glia pa. ⁊ Sicut erat. Et repetit añ. Aſperges. Deinde infirmus immediate adoret, ⁊ deoſculetur crucem, ⁊ ſacerdos dicat abſolute hanc orationem.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui dixit diſcipulis ſuis: q̃cũqꝫ ligaueritis

ſuper

ſuper terram, erunt ligata ⁊ in cęlis: ⁊ quęcunqꝫ ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta ⁊ in cęlis: de quorũ numero quãuis indignos nos eſſe voluit: ipſe te abſoluat: per miniſterium noſtrũ ab oībus peccatis tuis quęcũqꝫ cogitatione, locutione, operatione, negligẽter egiſti, ⁊ a nexibus peccatorũ abſolutũ, ꝑducere dignetur ad regna cęlorũ. Qui cuꝫ patre.

Poſtea ſacerdos eleuet corpus domini de calice: ⁊ infirmus adorans dicat: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantum dic verbo, ⁊ ſanabitur anima mea.

Deinde ſacerdos tradit infirmo euchariſtiã dicẽs. Accipe frater viaticum corporis domini nr̃i Ieſu Chr̄i: q te cuſtodiat ab hoſte maligno, ⁊ ꝑducat in vitã ęternã. ℟. Amen.

Poſtea lauet ſibi digitos ſuper calicẽ cũ viño puro, ⁊ aqua, ⁊ ꝓpinet infirmo nihil dicẽs

Poſt cõmuniõnem vero dicat ſacerdos. ℣. D ñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. D ñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus

Domine ſancte, pr̄ oẽs, ęterne Deus et te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri noſtro ſacroſanctum corpus dñi noſtri Ieſu Chr̄i filij tui: tã corpori, quã animę proſit ad remedium ſempiternum. ℟. Amen.

His peractis, reuertuntur ad eccleſiã dicendo totũ Pſalmum. Miſerere mei Deus. ⁊c.

ORDO

ORDO AD VNGENDVM Infirmum.

IN primis accipiat ſacerdos oleū ſanctū: deinde ordinate ꝓcedat cū pſ. Miſerere. vt dictum eſt ſupra in cōione. Cū aūt ꝑuentum fuerit ad locū, vbi iacet infirm⁹: ſacerdos intrās domū dicat. ℣. Pax huic domui. ℟. Et oibus habitātibus in ea. Deinde ſtans ante ęgrotū dicat. ℣. Adiutoriū noſtrū in noīe dn̄i. ℟. Qui fecit cęlū ⁊ terrā. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oīo.

INtroeat domine Jeſu Chꝛe domum hanc ſub noſtrę humilitatis ingreſſu ęterna fęlicitas, diuina proſperitas, ſerena lętitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus dęmonū: adſint angeli pacis: domūq; hāc deſerat effugata diſcordia: Magnifica dn̄e ſup nos nomen ſanctū tuū, ⁊ bene✠dic noſtrę conſeruationi, ſanctifica noſtrę humilitatis ingreſſum: qui ſanctus ⁊ pius es, ⁊ permanes cum patre, ⁊ ſpiritu ſancto in ſęcula ſeculorum. ℟. Amen.

OREmus ⁊ deprecemur dn̄m noſtrum Jeſum Chꝛiſtum: vt benedicendo bene✠dicat hoc tabernaculū, ⁊ oēs habitantes in eo: ⁊ det eis angelū bonū cuſtodē, ⁊ fa

ciat eos ſibi ſeruire ad cõſiderandũ mirabilia de lege ſua: auertat ab eis oẽs cõtrarias poteſtates, eripiat eos ab omni formidine, ⁊ ab omni perturbatione, ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur. Qui cũ patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℞. Amen. Deinde dicat.

Exaudi nos dñe ſancte: pater oĩpotẽs: eterne Deus, ⁊ mittere digneris ſanctum angelum tuum de celis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atq; defendat, omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℞. Amen.

Deinde in modum crucis aſpergat egrotũ aqua benedicta: poſtea domum dicendo antiphonam. Aſperges me domine. cum Miſerere. Glĩa pa. ⁊ Sicut erat. Et repetit Añã. Aſperges. vt ſup. Deinde egrotus faciat confeſſionem: ⁊ dicat Confiteor Deo. Quo dicto oẽs ſacerdotes aſtantes dicãt legendo ſeptem pſalmos penitentiales. Dũ aũt pſalmi dñr: vel cũ dicti fuerint, ſacerdos intincto pollice in oleo ſancto dicat abſolute.

IN noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: extinguatur in te omnis virtus diaboli p impoſitionẽ manuum nr̃arũ: immo p inuocationẽ oĩuz ſanctorũ angelorũ, archãgelorũ, patriarcharum, prophetarum, apoſto-

apoſtoloꝝ, martyrum, cōfeſſorum, virginum, atque omnium ſimul ſanctoruȝ. ℟. Amen.
Quo dicto cum pollice faciat ſignum crucis de oleo ſancto in corpore ęgri in ſeptem locis ſubſcriptis: ad vnamquamque crucem propriam orationem dicendo. ¶ Ad oculos.
Per iſtam ſanctā vn✠ctionem ⁊ ſuam piiſſimam miſericordiā: parcat tibi dominus quicquid oculoꝝ vitio deliquiſti. Amen.
Miniſter vero tergat locum vnctū cum ſtuppa: reponens eam in vaſe mundo, ⁊ ſic faciat poſt quamlibet vnctionem. ¶ Ad aures.
Per iſtā ſanctā vn✠ctionem ⁊ ſuam piiſſimā miſericordiam, parcat tibi dñs quicquid auriū vitio deliquiſti. ℟. Amē. ¶ Ad nares.
Per iſtā ſanctā vn✠ctionem ⁊ ſuam piiſſimā miſericordiaȝ: parcat tibi dñs quicquid nariū vitio deliquiſti. ℟. Amē. ¶ Ad labia.
Per iſtaȝ ſanctaȝ vn✠ctionē ⁊ ſuā piiſſimā miſericordiam: parcat tibi dñs quicquid linguę vel oris vitio deliquiſti. ℟. Amen.
¶ Ad manus. Per iſtā ſanctā vn✠ctionē ⁊ ſuā piiſſimā miſericordiaȝ: parcat tibi dñs quicquid tactus vitio deliquiſti. ℟. Amen.
¶ Ad pedes. Per iſtā ſanctā vn✠ctionem ⁊ ſuā piiſſimā miſericordiaȝ: parcat tibi dñs quicquid inceſſus vitio deliquiſti. ℟. Amē.
¶ Ad lūbos. Per iſtā ſanctā vn✠ctioneȝ ⁊

ſuā piiſſimam miſericordiā: parcat tibi dñs: quicquid lūborū vitio deliquiſti. ℟. Amen. Quibus oibus peractis: ⁊ a clericis, pſalmis ⁊ litanijs lectis: ſacerdos dicat Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſon. ℣. Pater noſter. ſub ſilētio. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluū fac ſeruū tuū. ℟. Deus meus ſperantē in te. ℣. Mitte ei domine auxiliū de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus ī eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus ad te ve. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine Deus, qui per apoſtolū tuū locutus es, Infirmatur quis in vobis: inducat presbiteros Eccleſie, ⁊ orent ſuper eum vngentes eum oleo ſancto in nomine domini, ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmum: ⁊ alleuiabit eum dominus: ⁊, ſi in peccatis ſit, dimittētur ei. Cura queſumus redēptor noſter gratia Spiritus ſancti lāguores iſtius infirmi: ⁊ ſua ſana vulnera: eiuſq; dimitte peccata: atque dolores cūctos cordis ⁊ corporis ab eo expelle, plenāque ei interius, exteriuſq; ſanitatem, miſericorditer redde: vt ope miſericordie tue reſtitutus, ad priſtina reparet officia.

Qui cū patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

RESpice quęſumus dñe famulum tuū N. fratrē noſtrū in infirmitate ſui corporis fatiſcentem: ⁊ animam refoue quā creaſti: vt caſtigationibus emendatus: ſe tua ſentiat medicina ſaluatum. Per Chriſtū dominum noſtrum. Oremus.

DOmine ſancte, pater omnipotēs, ęterne Deus: qui benedictionis tuę gratiā ęgris infundendo corporibus, facturam tuā multiplici pietate cuſtodis, ad inuocationem tui nominis benignus aſſiſte, vt famulum tuū N. ab ęgritudine liberatum, ⁊ ſanitati donatum, dextera tua erigas, virtute cōfirmes, poteſtate tuearis, atq; Eccleſię tuę ſanctiſq; altaribus tuis, cū omni deſiderata pſperitate reſtituas. Per Chriſtum dominum noſtrū. ℟. Amen. Oremus.

DOminus Jeſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat: intra te ſit, vt te reficiat: circa te ſit, vt te conſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat: ſuper te ſit, vt te bene ✠ dicat. Qui in Trinitate pfecta viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Poſtea ſtuppa proijciatur in ignem.

His omnibus peractis reuertant ad Eccleſiam: ⁊ Crux remaneat coram infirmo.

Proteſtationes faciendę.

E recōmēdatione animę faciēda.

Dumñ Sacerdos ingrediens camerā infirmi dicat. Pax huic domui. ℞. Et oibus habitātib⁹ i ea.

Poſtea accedens ad infirmum eum dulciter ſalutet: ⁊ conſoletur. Et ſi viderit cuȝ morti proximum, ſi tamen adhuc ſit capax rationis hortetur eum ad plenam ſubiectionem ſui ipſius diuinę bonitati, ⁊ voluntati. Et cuȝ viderit eum paratū ad moriendum: ſacerdos petat ab eo infraſcriptas petitiones per ordinem moroſe, ⁊ diſtincte, vt eas infirmus percipere poſſit, videlicet, dicat Sacerdos.

Credis frater cariſſime omnes articulos fidei: ⁊ totam ſacram ſcripturā ſecundū expoſitionem ſanctorū doctorum, ⁊ catholicorum? Reſpondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Deteſtaris tu, ⁊ reprobas omnes hereſes, ⁊ ſuperſtitiones a ſancta matre Eccleſia catholica dānatas, ⁊ reprobatas? Reſpōdeat infirmus. Reprobo. Sacerdos. Gaudes mori in fide dñi noſtri Jeſu Chriſti? Reſpōdeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos. Cognoſcis te multum offendiſſe dominum Deum creatorem tuum: a quo tanta beneficia recepiſti: ⁊ a quo habes quicquid boni habes? Reſpondeat infirmus. Cognoſco. Sacerdos. Doles ex corde de omni offenſa cōtra domi

num

num Deum,ꝛ teipſum,ꝛ proximum tuū qua literꝯnque cōmiſſa? Reſpondeat infir- m⁹Doleo. Sacerdos. Doles de omni negligentia,ꝛ omiſſione bene operandi: ꝛ de cōtemptu gratiarum a dño Deo tibi dataruꝫ? Reſpondeat infirmus Doleo. Sacerdos. Doles de hoc, non timore mortis, vel cuiuſcunque pęnę, ſed ſolum ex cōſideratione offenſę diuinę bonitatis, quam offendiſti? Reſpondeat infirmus Doleo. Sacerdos. Deſideras recordari omnium peccatorum tuorum oblitorum: vt de ipſis habere poſſis ſpetialem contritionem? ꝛ dolorē, ꝛ penitentiam? Reſpondeat infirmus. Deſidero. Sacerdos. Proponis de cętero,ſi Deo placuerit, te de hac ęgritudine ſanatum, deinceps toto tempore vitę tuę cauere a peccatis mortalibus: ꝛ vitam tuam mutare: ꝛ potius quodcunqꝫ damnū temporale, ꝛ corporalem mortē ſuſtinere: quā de cętero Deum per peccatum mortale offendere? Rñdeat infirm⁹ Propono. Sacerdos. Roga deum, vt te in hoc ſancto propoſito conſeruet Reſpondeat infirmus Rogo. Sacerdos. Par cis omnibus inimicis tuis, qui verbo,vel facto, tibi, vel tuis in aliquo nocuerint, amore dñi Dei tui: a quo etiam tu veniam tuorum peccatoꝝ petis?ꝛ hoc non ſolū verbo:ſed cor-

de, ⁊ firma volũtate ? Reſpondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Uis oia integre reſtituere illis, a quibus aquiſiuiſſes, recepiſſes vel habuiſſes, per te vel per alios iniuſte: ⁊ indebito modo: ⁊ per hoc totam facultatẽ tuã, ſi totaliter ſatiſfacere non poſſes exponere: ⁊ eiſdẽ renunciare ? Rñdeat infirmus. Uolo, ⁊ paratus ſum. Sacerdos. Credis nõ proprijs meritis, ſed paſſionis dñi noſtri Jeſu Chriſti virtute, ⁊ merito, ⁊ gloriam puenire? Rñdeat infirmus. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ dñs nr̃ Jeſus Chriſtus pro noſtra ſalute mortuus ſit: ⁊ ꝙ ex proprijs meritis, vel alio modo nullus poſſit ſaluari, niſi in merito paſſionis eius? Rñdeat infirm⁹. Credo. Sacerdos. Reddis ne ei gratias toto corde quantum potes: ⁊ te ipſius paſſioni recõmendas: ⁊ ipſam corde cogitas: ⁊ ore quantum potes nominas ? Reſpõdeat infirmus. Reddo. Sacerdos. Doles ꝙ non potes recordari de oĩbus peccatis tuis: quibus dñm Deum offendiſti in quocũqꝫ loco, ⁊ cum qualicunqꝫ perſona; quę ſi recordareris, ꝯfitereris integraliter ? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles ꝙ poſtq̃ veniã de pctis tuis a dño Deo ꝯſecutus es: recidiuans reuerſus es ad eadem, vel ſimilia, vel maiora peccata ? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos

dos. Si occurrerit tibi diabolus: ei ſemper appone merita paſſionis Chriſti. Rñdeat infirmus Apponam. Sacerdos. Si te tentauerit de fide: dices te oia credere, ⁊ ꝯfiteri, q̄ credit, ⁊ ꝯfitet̃ ſancta, catholica, ⁊ apoſtolica eccleſia: Rñdeat infirmus. Dicam. Sacerdos. Si dñs Deus voluerit te ſm tua peccata iudicare: dicas Dñe Deus ego pono mortem dñi mei Jeſu Chriſti, inter me ⁊ iudiciũ tuum: ⁊ quãuis meruerim eternã mortem, ꝓpter pctã mea: interpono tñ meritum paſſionis eiuſdem loco meriti, qđ ego miſer deberem habere: ⁊ nõ habeo. Item dñe pono eandem paſſionem, ⁊ mortẽ dñi mei Jeſu Chriſti inter me, ⁊ iraꝫ tuam: ⁊ in manus tuas domine commendo ſpiritum meum. Reſpondeat infirmus. Dicam, ⁊c.

¶ Non erit deſperandum, vel dubitandũ de ſalute illius, qui ſuprapoſitas petitiones corde crediderit: ⁊ ore confeſſus fuerit. Finitis predictis petitionibus: cum ceperit in agone mortis infirmus certare: poterunt legi infrapoſitę paſſiones: omnes, vel aliquę ipſarum: ſicut neceſſe fuerit: ⁊ etiam repeti. Et cum viderit infirmuꝫ ſignis euidentibꝰ morti proximum, intermittens paſſiones, faciat recõmendationem animę: vt infra notatũ eſt. Prius tñ infirmꝰ facere debet ſeq̄. proteſtat.

HAE PROTESTATIONES Morientiũ revelatę fuerunt cuidã religioſo viro, in eum finē: q̃ multi in extremis laborantes, etiã poſt ſacramentalē cõfeſſionem, inciderũt ex diabolica tentatione in baratrum deſperationis. Revelatumq̃ eſt, q̃ nullus, q ex corde talia q̃ ſequunt fuerit ꝓteſtat⁹ dãnari poterit.

ℂ Prima proteſtatio.

IN noie ſctiſſimę Trinitatis: pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſancti. Ego N. proteſtor coram te ſanctiſſime angele Dei divina pietate ex utero matris mihi commiſſo: ⁊ coram te patre meo N. ⁊ coram omnibus vobis circunſtantibus: q̃ in ea vera fide catholica, quam ſancta Romana, ⁊ apoſtolica profitetur eccleſia: ⁊ in qua omnes deceſſerunt ſancti: mori deſidero, ⁊ volo. Nec ad momentum temporis diutius vivere affecto: niſi quantũ divinę placuerit pietati: cui in omnibus conformiter meaʒ ſubijcio voluntatem.

ℂ Secunda proteſtatio.

ℂ Item proteſtor q̃ ſub tua angelica ꝓtectione: ⁊ adiutorio divinę grę diſcedam: ⁊ ſic mori intēdo abſq̃ oī deſperatione, ⁊ fidei dubitatione: ita q̃ neq̃ magnitudo, nec numeroſitas meoꝝ peccaminum in baratrũ deſperationis me immergere debēt: cũ ſciã, ⁊ veraciter credam, vnã deifici ſui ſanguinis guttã in

ara crucis effuſam, ſuffeciſſe in redēptionem totius humani generis: ſi ita placitum fuiſſet diuinę pietati. ℂ Tertia proteſtatio.

ℂ Proteſtor q̄ in caſu vbi ex puſillanimitate ſpūs propter tremendum diuinū iudiciū: cui aſtare habebo: aut dęmonis tentatione: ſeu debilitate rationis: quod Deus auertat: aliquā inciderē deſperationē: aut fieri dubitationem: hoc ipſum pro nunc ſana mēte exiſtens, reuoco, caſſo, ⁊ pro non tali facto habere volo: eo q̄ non animo ſano, ⁊ deliberato hoc ipſum eueniet: ſubmittens me totaliter diuinę pietati. ℂ Quarta proteſtatio.

ℂ Proteſtor etiam: q̄ cum diuina miſericordia nulli peccatori contrito, ⁊ confeſſo, eamq; deſiderāti in remiſſionē ſuoꝝ peccaminū deneget: q̄ eādem miſericordiā, ⁊ remiſſionem mihi impertiri velit, quā toto corde deſidero: ⁊ peto illā conſeq ꝑ merita amariſſima mortis Chriſti, ⁊ per virtutem p̄tioſiſſimi ſanguinis ſui pro me effuſi in ligno ſanctiſſimę crucis ſuę: ⁊ ꝑ merita, ⁊ preces ſanctiſſimę ſuę matris, ⁊ oīum ſanctoꝝ angeloꝝ, ⁊ electorum.

ℂ Quinta Proteſtatio.

ℂ Proteſtor etiā ſuper hanc petitionem: humili p̄ce porrectā: vt diuina pietas me ſuſcipere velit in numerū eoꝝ hoīum, quos ab ęterno pręordinauit in extremo iudicio eſſe ſaluandos

dos: ⁊ ſi inquantum pro meis peccatis exi-
gentibus: tamdiu penas purgatorias ſuſti-
nere debeã: dũmodo in eternuꝫ non ſecludar
a ſua pietate. ¶ Sexta proteſtatio.

¶ His proteſtationibus p̃miſſis, ſanctiſſime
angeli dei, tibi extremã meã volũtatẽ, ⁊ affe-
ctionem pro teſtamento anime mee cõmen-
do: vt tria mihi ex teſtamento ſaluatoris im-
pertiri digneris. Primo vnum lachrymo-
ſum intuitũ, ⁊ doloroſum ſuſpirium, ex innu-
meris doloribus quos in cruce pendens tri-
bus horis viuus habuit: ad mitigandum do
loroſos meos ſingultus, gemitus, ⁊ ſuſpiria:
quibus nunc p̃mor. Et vt ipſa mater omnis
gratie, mecum condiuidere velit vnicũ cor-
dis ſui virginei gemitum, doloroſumqꝫ ſuſpi
riũ, ac lachrymoſum intuitum, ex innumeris,
quos ſub cruce ſtãdo, ſuſpirijs, ⁊ lachrymis
habuit, filiuꝫ redẽptorẽ humani generis in-
tuendo. Suſcipiendo me in numerum eo-
rum peccatorum, qui veniam, ⁊ ſalutem a do
mino in extremo iudicio, per ſua ſanctiſſima
merita, ⁊ preces conſequuntur.

¶ Secũdo ſuccurrat tua angelica pietas: vt
quãdo miſerũ cor meũ ſcindet: ⁊ aĩa mea mi-
ſera a corpore ſeparabit: tunc inueniã placa-
bilem iudicẽ: intuitu illius diuine charitatis,
in qua amoroſum cor ſuum ſcindebat in cru

ce pro

ce pro ſalute mundi:ꝛ ſua diuiniſſima anima
a diuiniſſimo corpore ſeparabatur.
Ultimo ſanctiſſime angele Dei: cõmendo
tibi extremã horã vitę meę, vt ꝛ exitum ani-
mę meę gubernando:ꝛ ab hoſtibꝰ ſalutis me
protegendo :ꝛ ſuper has preſtationes velis
eſſe: vbi ꝛ quoties opus fuerit, contra omnia
pericula ſalutis, fidelis teſtis, ꝛ protector.

¶ Cum homo eſt in agonia mortis : legen-
dę ſunt ſequentes orationes.

¶ Erat quidã Papa, q duꝫ ad extrema ve-
niſſet, interrogabat capellanum ſuũ, virũ ido
neũ, ꝛ deuotũ: quẽ plurimũ diligebat: quibꝰ
ſuffragijs poſt mortẽ eũ vellet apud Deũ iu-
uare. Qui rñdit: ꝙ oibꝰ modis qbus poſſet:
ꝗcunqꝫ iuberet pro ſalute animę ſuę facere
vellet. Et Papa ait. Nõ peto aliqd a te ſub
ſidium:niſi dñ videris me in agonia poſitum:
vnicã orõnem pro me tribus vicibus dicas: q
tibi libẽtiſſime promiſit hoc. Ad queꝫ Papa
Cum primũ Pr nr dixeris:dic in memoria
agonię dñi nr̃i Jeſu Chriſti:vt infra patebit.
Cũ ſcd̃m Pr nr dixeris,dic i memoriã oiuꝫ
paſſionũ dñi nr̃i Jeſu Chriſti,vt infra. Cuꝫ
dixeris tertiũ Pr nr, dic in honorẽ ineffabi-
lis charitatis dñi nr̃i Jeſu Chriſti , vt infra
His dictis promiſit capellanus hęc oia ſe li
benter facturum, qd ꝛ fecit cum diligentia ꝛ
deuo-

deuotione, qua potuit. Poſt mortem reuerſus eſt Papa ſplendidus ad eũ, ⁊ coruſcans, grates immenſas ſibi referens: ⁊ dicens ab omni pœna ſe eſſe liberatum. Nam poſt primum Pater noſter, dñs noſter Jeſus Chriſtus ſudorem ſuum ſanguineũ pro me patri oſtendens, omnẽ meã propulſauit anguſtiaꝫ. Poſt ſecundum Pater noſter, per amaritudinem omnium paſſionum ſuarum omnia peccata mea vt nubem deleuit. Poſt tertium Pater noſter, per charitatem ſuam cęlos reſerauit: ⁊ me cum gaudio introduxit.

¶ Iſti ſunt tres Pater noſter, ⁊ tres Aue Maria: cum tribus orationibus quę debent dici pro animabus morientium: ⁊ plurimum eis proſunt, ſi dicantur deuote.

¶ In primis dicatur. Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Pr̃ nr̃. Aue Maria. Orõ.

Domine Jeſu Chriſte, per agoniam, ⁊ orationẽ tuaꝫ ſanctiſſimam: qua oraſti pro nobis in mõte Oliueti: quãdo factus eſt ſudor tuus, ſicut guttę ſanguinis decurrẽtis in terrã: obſecro te vt multitudinem ſudoris tui ſanguinei, quem prę timoris tui anguſtia copioſiſſime ꝓ nobis effudiſti: offerre, ⁊ oſtendere digneris Deo patri omnipotẽti: cõtra multitudinem omnium peccatorum huius famuli, vel famulę tuę: ⁊ libera eum in hac

hora

ora mortis ſuę ab omnibus anguſtijs ſuis:
nas ꝓ peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui
patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuis, ⁊ regnas, ⁊c.
ecundum Kyrie elei. Chriſte elei. Kyrie
ei. Pater noſter. Aue Maria. Oratio.

D Omine Jeſu Chriſte, qui pro nobis
mori dignatus es in Cruce: obſecro
vt omnes amaritudines paſſionum, ⁊ pę
arum tuarum, quas pro nobis miſeris pec
atoribus ſuſtinuiſti in Cruce: maxime in il
a hora quando ſanctiſſima anima tua egreſ
a eſt de corpore tuo ſanctiſſimo, offerre, ⁊
ſtendere digneris Deo patri omnipotenti
ro anima huius famuli tui, vel famulę tuę:
libera eā in hac hora mortis ab omnibus
eccatis, ⁊ paſſionibus, quas pro peccatis
uis ſe timet meruiſſe. Qui cum patre ⁊ ſpiri
u ſancto viuis. Tertium. Kyrie elei. Chie
lei. Kyrie ele. Pater nr. Aue Maria. Orō

D Omine Jeſu Chriſte, qui per os pro
phetę dixiſti: in charitate perpetua di
exi te: ideo attraxi te miſerans tui: obſecro te:
vt eandem charitatē tuā, quę de cęlo ad ter
ram, ad tolerādas omnium paſſionū tuarū
amaritudines te attraxit, offerre, ⁊ oſtēdere
digneris Deo patri omnipotenti pro anima
huius famuli tui, vel famulę tuę: ⁊ libera eā
ab omnibus paſſionibus, ⁊ pęnis: quas pro
pecca-

peccatis ſuis timet ſe meruiſſe, ⁊ ſalua animā
eius in hac hora exitus ſui in gloria ęterna;
⁊ tu piiſſime domine Ieſu Chriſte, qui rede-
miſti nos pretioſiſſimo ſanguine tuo, miſere-
re animę famuli tui: vel famulę tuę ⁊ eā in-
troducere digneris ad ſemp virentia, ⁊ amę-
na loca paradiſi, vt viuat tibi amore inuiſibili,
q a te, ⁊ ab electis tuis ſeparari nunq̄ poteſt.
Qui cum patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuis. ⁊c.

¶ Poſteā ſi adhuc vixerit, ſubiūgēdę ſunt in-
fraſcriptę orones, cū totidem. Aue Maria.

¶ Orationes ad beatam glorioſamq3 vir-
ginem Mariam.

Prima oratio.

Mediatrix Dei, ⁊ hominū, ⁊ fons miſe-
ricordię, indeſinēter effundēs riuos co
pioſę gratię Maria. Te rogo dulciſſima ma
ter dn̄i noſtri Ieſu Chriſti per illam pertur
bationem. quam habuiſti in corde tuo piiſſi-
mo, tunc, ⁊ deinceps cū Simeon ſanctus, ⁊
ſenex prophetādo diceret. Tuam ipſius ani-
mā pertranſibit gladius, vt petas quatenus
idē benedictus filius tuus de largiſſima cle-
mentia ſua donet huic famulo tuo: vel famu-
lę tuę eandē perturbationē tuā, indulgētiā
omnium peccatorum ſuorum. Et vt me, ⁊ eū
liberet ab omnibus malis, pręteritis, pręſen-
tibus, ⁊ futuris. Amen. Aue Maria.

Secun-

Secunda oratio.

Mediatrix Dei, & hoium, & pacis ęterne condimētum Maria, te interpello ſpecioſiſſima regina celi, p illā doloroſā perturbationē, quam habuiſti in corde tuo benigniſſimo, pro eo q filium tuū amantiſſimū p triduum amiſeras, vt roges eū, quatenus ipſe propter eandem turbationem tuam huic famulo tuo vel famulę tuę: dignetur dare plenam cognitionem, perfectam contritionem, puram confeſſionem, ſpem firmam, certā ſecuritatē, a Deo nunquā ſeparandi, & ita pfectum, & verum amorē, vt cū illo amore tantā mercedē mereat in cęlo acqrere, ac ſi ei multis annis, cum perfectione ſanctiſſime vitę diligentius ſeruiuiſſet. Amen. Aue Maria.

Tertia oratio.

Reparatrix debiliū, & vulneratę animę efficaciſſima medicina Maria, te peto glorioſa domina, per illam perturbationem, quā habuiſti in corde tuo clementiſſimo, pro eo q perfidi Iudęi captiuauerunt, & detinuerunt deſiderabilem vnigenitū vteri tui filiū, de quo cognouiſti in ſpiritu, q volebat, & qd pati debebat pro ſalute humani generis, quatenus deprecceris eundem filium propitiatorem ſeculi. vt ipſe propter eandem turbationem tuam de omni captiuitate, & ab omni

tribu-

tribulatione corporis, ⁊ animę: angustiaruꝫ, ⁊ periculorum, ⁊ tentationibus dęmonum, famulum tuum clementer eripiat: ⁊ ab omnibus malis in perpetuum tueatur. Amen. Aue Maria.

¶ Quarta oratio.

Illuminatrix cęcorum, lucerna ſalutiferę gratię Maria, te flagito dulciſſima mater Dei: per illam turbationē tuam, quā habuiſti in corde tuo propitiatiſſimo, pro eo ꝙ amantiſſimus filius tuus a Iudęis crudeliſſimis in conſpectu tuo cum clauis acutiſſimis abſque vlla miſeratione, viuificę crucis patibulo fuit affixus: vt poſtules ab eodem filio tuo, quatenus per eandem turbationem tuam, ignem veri amoris, per ignem amoris ⁊ paſſionis ſuę, in corde huius famuli tui accēdat: qua ipſe Sūmus Sacerdos ligno crucis ipſum ſubijciat, nutriat, ⁊ in altari cordis eius iugiter ardeat, ⁊ flammeſcat, in commemoratione ſuę ſanctiſſimę paſſionis, ⁊ mortis: vt eiuſdem ſacratiſſimę paſſionis ſuę nunquā obliuiſcat. Et ſi ex infirmitate valida, vel ex alia cauſa quacunque impediente, memor eſſe nequiuerit: per eundem acerbę paſſionis ſuę dolorem, in hora mortis ſuę ex multiplici miſeratione ſua, tantam mercedem in cęlis percipere mereatur, ac ſi omnes dies ſuos

con-

onſumpſiſſet in memoria ſuę ſacratiſſimę aſſionis. Amen. Aue Maria.

¶ Quinta oratio.

Aduocatrix omnium peccatorumquos damnabiliter moles vitiorꝝ deprimit, inisqꝫ noſtrę miſerię Maria, te deprecor ve nerabiliſſima mũdi domina, per illam intolerabilecꝫ turbationem quaꝫ habuiſti in corde tuo benigniſſimo, in illa hora cũ filius tuꝰ cunctis deſideratus gentibus, ac oĩbus vere amabilis, de cruce depoſitus, cum recentibus vulneribus, ꝛ proprio ſanguine rubricatus, datus fuit a Joſeph in ſinum tuum, qui eſt corona iucunditatis omnium beatorum in cęli ſolio, vt propter eandem perturbationem tuam, ipſe famulum ſuum pręuenire dignetur abundantia gratiarum ſuarum, ꝛ copioſę miſericordię ſuę, vt det corpus ſuum ꝛ animam ſuam in poteſtatem tuam, ꝛ in ſinũ piiſſimę miſericordię tuę, quam cunctis deuote poſtulantibus clementer aperis in ęternum. Et ad illum ſinum gemebundum ſic eum recipi affectuoſiſſime deprecor, propter illum dulciſſimum infantulum tuum candidum, ꝛ rubicundum, electum ex millibus, qui theſaurus totius felicitatis tuę extitit, ꝛ eſt, Quem in ſinu tuo delicatiſſimo proprijs lactaſti vberibus, vt in pręſenti vita, ꝛ pręci-

pue in extremis ſuis te videre mereatur cuʒ gaudio, ⁊ tuę miſerationi gratias agere valeat in ſęcula ſęculorum. Amen.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMAE.

Kyrie elei. Chriſte eleiſon. Kyrie elei.
Sancta Maria. ora pro eo.
Si autem ſit femina dicatur. Ora pro ea.
Omēs ſancti Angeli, ⁊ Archāgeli orate ꝓ eo.
Omnis chorus iuſtorum orate pro eo.
Sancte Abraham ora pro eo.
Sancte Johannes Baptiſta ora pro eo.
Sancte Joſeph ora pro eo.
Omēs ſci patriarchę, ⁊ ꝓphetę orate pro eo.
Sancte Petre ora pro eo.
Sancte Paule ora pro eo.
Sancte Andrea ora pro eo.
Sancte Bartholomęe ora pro eo.
Omēs ſancti apl̄i ⁊ euangeliſtę orate pro eo.
Omnes ſancti innocentes orate pro eo.
Sancte Stephane ora pro eo.
Sancte Laurenti ora pro eo.
Sancte Clemens ora pro eo.
Sancte Vincenti ora pro eo.
Omnes ſanti martyres orate pro eo.
Sancte Silueſter ora pro eo.
Sancte Auguſtine ora pro eo.
Sancte Nicolae ora pro eo.
Sancte Zenobi ora pro eo.

Omnes

Omnes ſancti pōtifices, ⁊ ɔfeſſores orate p eo.
Sancte Benedicte ora pro eo.
Sancte Franciſce ora pro eo.
Sancte Bernarde ora pro eo.
Sancte Dominice ora pro eo.
Omnes ſancti monachi, ⁊ eremitę orate p eo.
Sancta Maria Magdalena ora pro eo.
Sancta Lucia ora pro eo.
Santa Catharina ora pro eo.
Sancta Reparata ora pro eo.
Omnes ſanctę virgines, ⁊ viduę: orate pro eo.
Omnes ſancti, ⁊ ſanctę Dei orate pro eo.
Propitius eſto libera eum domine.
Ab ira tua libera eum domine.
A mala morte libera eum domine.
A pęnis inferni libera eum domine.
A poteſtate diaboli libera eum domine.
Ab omni malo libera eum domine.
Per mortem tuam libera eum domine.
Per ſanctā reſurrectionē tuā libera eū dn̄e.
Per ſanctā ſepulturā tuaꝫ libera eum dn̄e.
Per ſanctam crucem tuam libera euꝫ dn̄e.
Per admirabilē aſcēſionē tuaꝫ lib. eū dn̄e.
Per grām ſpūs ſancti paracliti lib. eū dn̄e.
In die iudicij libera eum domine.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut ei parcas te rogamus audi nos
Ut ei indulgeas te rogamus audi nos.

Ut ad veram penitentiã eum perducere digneris: te roga. Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Deinde cum in agone ſui exitus aia viſa fuerit anxiari, dicantur hec orationes.

Proficiſcere aia chriſtiana de hoc mundo: In noie dei pa ✠ tris oipotẽtis qui te creauit. In noie Jeſu Chri ✠ fili dei viui, q pro te paſſus eſt. In noie ſpũs ✠ ſancti, qui in te effuſus eſt. In noie angelorum, et archangelorum. In noie thronorum, et dominationum. In noie principatuum, et poteſtatũ. In noie Cherubim, et Seraphim. In noie patriarcharum, et prophetarum. In noie ſanctorum apoſtolorum. In noie ſanctorum martyrum, et confeſſorum. In noie ſanctorum monachorum et eremitarum. In noie virginũ, et oium ſanctorũ, et ſanctarũ dei. Hodie ſit in pace locus tuus et habitatio tua ſit in ſancta Siõ. Per Chriſtum dominum noſtrũ. R. Amen. Oremus.

Deus miſericors, Deus clemẽs, Deus, qui ſecũdũ multitudinem miſerationũ tuarũ peccata penitẽtium deles, et preteritorum criminũ culpas, venia remiſſionis euacuas, reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum N. et remiſſionem ſibi omniũ peccatorũ ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renoua in eo piiſſime pater quicquid terrena fragilitate corruptum, vel

quic-

quicquid diabolica fraude violatum eſt: ⁊
vnitati corporis eccleſię membrum redemptio
nis annecte. Miſerere domine gemituum, mi-
ſerere lachrimarū eius: ⁊ non habentē fidu-
ciā, niſi in tua miſericordia, ad tuę ſacramen-
tum reconciliationis admitte. Per Chriſtum
dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

Commēdo te omnipotēti Deo chariſ-
ſime frater, ⁊ ei cuius es creatura com-
mitto, vt cum humanitatis debitū morte in-
teruenienteperſolueris, ad auctorē tuum, qui
te de limo terrę formauerat reuertaris. Egre
dienti itaq; animę tuę de corpore, ſplēdidus
angelorum cętus occurrat, Iudex apoſtolorum
tibi ſenatus adueniat, Candidatorum tibi mar
tyrum triumphator exercitus obuiet, Lilia-
ta rutilantium te confeſſorum turba circundet,
Iubilantium te virginum chorus excipiat, ⁊
beatę quietis in ſinu patriarcharum te cōple-
xus aſtringat. Mitis, atq; feſtiuus Chriſti
Ieſu tibi conſpectus appareat, qui te inter aſ-
ſiſtētes ſibi iugiter intereſſe decernat. Igno-
res omne quod horret in tenebris, quod ſtri-
det in flammis, quod cruciat in tormentis.
Cedat tibi teterrimus ſathanas cum ſatelli-
tibus ſuis. In aduentu tuo te comitantibus
angelis contremiſcat, atque in eternę noctis
chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, ⁊

diſſipentur inimici eius, ⁊ fugiant qui oderũt eũ a facie eius. Sicut deficit fumus deficiãt, ⁊ ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereãt peccatores a facie Dei. Et iuſti epulẽtur, ⁊ exultẽt in conſpectu Dei. Confundãtur igit̃, ⁊ erubeſcãt omnes tartareę legiones, ⁊ miniſtri ſathanę iter tuũ impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Cõſtituat te Chriſtus filius Dei viui intra paradiſi ſui ſemꝑ amęna virentia, ⁊ inter oues ſuas te verus ille paſtor agnoſcat. Ille ab oĩbus peccatis tuis te abſoluat, atq; ad dexteram ſuam in electorum ſuorũ te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, ⁊ pręſens ſemper aſſiſtẽs, manifeſtiſſimã beatis oculis aſpicias veritatẽ. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis diuinę dulcedine potiaris in ſecula ſeculorum. ℞. Amen. Alia oratio.

SUſcipe dñe animam famuli tui in locuʒ ſperandę ſibi ſaluationis a miſericodia tua. Amen. Libera domine animam famuli tui ex omnibus periculis infernorum, ⁊ de laqueis pęnarum, ⁊ ex omnibus tribulationibus. Amen. Libera dñe animam famuli tui, ſicut liberaſti Enoch ⁊ Eliam de communi morte mundi. Amen. Libera dñe animã famuli tui, ſicut liberaſti Noe de diluuio. Amen.

Amen. Libera dñe animaȝ famuli tui, ſicut liberaſti Abrahaȝ de Ur Caldęorũ. Amẽ. Libera dñe animaȝ famuli tui, ſicut liberaſti Iob de paſſionibus ſuis. Amen. Libera domine animaȝ famuli tui: ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, ⁊ de manu pꝛis ſui Abrahę. Amẽ. Libera dñe animaȝ famuli tui, ſicut liberaſti Loth de Sodomis, ⁊ de flãma ignis. Amẽ. Libera dñe animaȝ famuli tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis Aegyptiorum. Amen. Libera dñe animam famuli tui, ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. Amen. Libera domine animam famuli tui, ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis: ⁊ de manu Regis iniqui. Amen. Libera domine animam famuli tui, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. Amen. Libera domine animam famuli tui, ſicut liberaſti Dauid de manu Regis Saul ⁊ de manu Golię. Amẽ. Libera dñe animã famuli tui, ſicut liberaſti Petrum, ⁊ Paulũ de carcerib⁹. Amẽ. Et ſicut beatiſſimã Theclã virginẽ, ⁊ martyrẽ de trib⁹ toꝛmẽtis atrociſſimis liberaſti ſic liberare digneris aiam huius famuli tui, ⁊ tecũ facias in bonis cõgaudere cęleſtibus. Amẽ. ¶ Alia Oratio.

Commendamus tibi dñe aiam famuli tui N. precamurq; te dñe Ieſu Chri-

ſte Saluator mundi, vt propter quaȝ ad terram miſericorditer deſcendiſti, patriarcharũ tuorũ finibus inſinuare nõ renuas. Agnoſce dñe creaturã tuaȝ, nõ ex dijs alienis creatam, ſed a te ſolo Deo viuo, ⁊ vero, quia non eſt Deus alius pręter te, ⁊ non eſt ſm opera tua. Letifica dñe aiam ei⁹ in cõſpectu tuo, ⁊ ne memineris iniquitatum eius antiquarum, ⁊ ebrietatum, quas ſuſcitauit furor, ſiue feruor mali deſiderij. Licet enim peccauerit, tamen patrem, ⁊ filium, ⁊ ſpiritum ſanctum non negauit, ſed credidit, ⁊ ȝelũ Dei in ſe habuit, ⁊ Deũ, q fecit oia adorauit. Amẽ. ¶ Alia Oro.

Delicta iuuentutis, ⁊ ignorantias eius ne memineris, quęſumus domine, ſed ſecundum magnam miſericordiam tuaȝ memor eſto illius, in gloria claritatis tuę. Aperiantur ei cęli, collętẽtur illi angeli, in regnuȝ tuum domine ſeruũ tuum ſuſcipe. Suſcipiat eum ſanctus Michael Archangelus Dei, qui militię cęleſtis meruit principatum. Veniant illi obuiam ſancti angeli Dei, ⁊ perducant eum in ciuitatem cęleſtem Jeruſalem. Suſcipiat eũ beatus Petrus apoſtolus, cui a Deo claues regni cęleſtis traditę ſunt. Adiuuet euȝ ſanctus Paulus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo ſanctus Johannes electus Dei apl's, ⁊ euãgeliſta: cui

reuelata ſunt ſecreta cęleſtia. Orent p illo oēs ſancti apoſtoli, quibus a dño data eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Intercedant pro eo omnes ſancti, ꝛ electi Dei, qui pro Chꝛi nomine tormenta in hoc ſęculo ſuſtinuerunt: vt vinculis carnis exutus peruenire mereatur ad gloriam regni cęleſtis. Pręſtante dño noſtro Jeſu Chꝛiſto, qui cum patre, ꝛ ſpiritu ſancto viuit, ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amē.

¶ Paſſio dñi nrī Jeſu Chꝛi ſcdm Matthęū.



IN illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: ꝛ filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, ꝛ ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas: ꝛ conſilium fecerunt, vt Jeſuꝫ dolo tenerent, ꝛ occiderent. Dicebant auteꝫ. Non in die feſto. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem eſſet Jeſus in Bethania, in domo Simonis leproſi: acceſſit ad eum mulier habens alabaſtruꝫ vnguenti pretioſi: ꝛ effudit ſuper caput ipſius recumbētis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicentes. Ut quid perditio hęc? Potuit enim vnguentū iſtud venūdari multo, ꝛ dari pau-

peri-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

peribus. Sciens autē Jeſus ait illis. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonū operata eſt in me. Nam ſemꝑ pauperes habebitis vobiſcū, me autē nō ſemper habebitis. Mittens enim hec vnguentū hoc in corpus meum, ad ſepeliendū me fecit. Amen dico vobis: vbicunqꝫ pꝛedicatū fuerit hoc euāgelium: in toto mundo dicetur, ⁊ quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Scarioth ad principes ſacerdotum: ⁊ ait illis. Quid vultis mihi dare, ⁊ ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatē: vt eum traderet. Prima autem die azymorum, acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere paſcha? At Jeſus dixit. Jte in ciuitatem ad quendam: ⁊ dicite ei: Magiſter dicit. Tempus meum prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut cōſtituit illis Jeſus, ⁊ parauerūt paſcha. Veſpere aūt facto, diſcūbebat cū duodecim diſcipulis ſuis: ⁊ edentibus illis dixit. Amen dico vobis: q̄a vnus veſtrū me traditurus eſt. Et cōtriſtati valde ceperunt ſinguli dicere. Nunquid ego ſum dn̄e? At ipſe reſpondens ait. Qui intingit mecū manū in paropſide, hic me tradet.

Filiſus quidez hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Vę autem homini illi, p quē filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum dixit. Nunqd ego ſuz Rabbi? Ait illi. Tu dixiſti. Cęnantibus autez eis, accepit Jeſus panez: ⁊ benedixit, ac fregit, deditqꝫ diſcipulis ſuis, ⁊ ait. Accipite, ⁊ comedite: hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit: ⁊ dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic eſt eniz ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſqꝫ in diem illum, cū illud bibam vobiſcum nouū in regno patris mei. Et hymno dicto, exierunt in mōtem Oliueti. Tunc dixit illis Jeſus. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim. Percutiā paſtorem: ⁊ diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero: precedam vos in Galilęā. Reſpōdens auten Petrus ait illi. Et ſi oēs ſcādalizati fuerint in me: ego nunquā ſcādalizabor. Ait illi Jeſus. Amen dico tibi, qa in hac nocte, antequam gallus cantet: ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiā ſi oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter ⁊ omnes

diſcipu-

diſcipuli dixerunt. Tunc venit Jeſus cum il-
lis in villam, que dicitur Gethſemani: et dixit
diſcipulis ſuis. Sedete hic, donec vadam il-
luc, et orem. Et aſſumpto Petro et duobus fi-
lijs Zebedei: cepit contriſtari, et meſtus eſſe.
Tunc ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq3 ad
mortem. Suſtinete hic, et vigilate mecum. Et
progreſſus puſillum: procidit in faciem ſuam
orans, et dicẽs. Pater mi, ſi poſſibile eſt, tran-
ſeat a me calix iſte. Ueruntamen non ſicut
ego volo: ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos
ſuos, et inuenit eos dormientes. Et dicit Pe
tro. Sic: Non potuiſtis vna hora vigilare
mecum? Uigilate, et orate: vt non intretis in
tentationem. Spiritus quidem promptus
eſt: caro autem infirma: Iterũ ſecundo abijt:
et orauit, dicens. Pater mi, ſi non poteſt hic ca
lix tranſire: niſi bibam illum: fiat voluntas
tua. Et venit iterum: et inuenit eos dormien-
tes. Erant enim oculi eorum grauati. Et re
lictis illis iterũ abijt, et orauit tertio, eundem
ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos
ſuos, et dixit illis. Dormite iam, et requieſcite.
Ecce appropinquauit hora: et filius hominis
tradetur in manus peccatorum. Surgite:
eamus. Ecce appropinquauit qui me tra-
det. Adhuc eo loquente: ecce Judas vnus
de duodecim venit: et cum eo turba multa,

um gladijs, ⁊ fuſtibus, miſſi a principibus
cerdotum,⁊ ſenioribus populi. Qui autem
adidit eum: dedit illis ſignuꝫ dicens. Quẽ
unque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.
Et confeſtim accedens ad Jeſum dixit. Aue
Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitque il-
Jeſus. Amice, ad quid veniſti? Tunc ac-
eſſerunt: ⁊ manus iniecerunt in Jeſum, ⁊
nuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erãt
um Jeſu: extendens manum exemit gla-
ium ſuum: ⁊ percutiens ſeruum principis
cerdotum: amputauit auriculam eius.
Tunc ait illi Jeſus. Conuerte gladium tuũ
locum ſuum. Omnes enim qui accepe-
nt gladium: gladio peribunt. An putas
uia non poſſum rogare patrem meum: ⁊
xhibebit mihi modo plus quam duodecim
giones angelorum? Quomodo ergo im-
lebuntur ſcripturę? Quia ſic oportet fieri.
n illa hora dixit Jeſus turbis. Tanquam
d latronem exiſtis cum gladijs, ⁊ fuſtibus
omprehendere me. Quotidie apud vos ſe-
ebam docens in templo: ⁊ non me tenui-
s. Hoc autem totum factum eſt, vt adim-
erentur ſcripturę prophetaruꝫ. Tunc diſci
uli omnes, relicto eo fugerunt. At illi tenen-
s Jeſum: duxerunt eum ad Caiphã prin-
pem ſacerdotum: vbi ſcribę, ⁊ ſeniores con-
uene-

uenerant. Petrus autem ſequebatur eum
a longe, vſq3 in atrium principis ſacerdo-
tum. Et ingreſſus intro ſedebat cum miniſ-
ſtris, vt videret finem. Principes autem ſa-
cerdotum, ꝛ omne concilium quęrebant fal-
ſum teſtimonium contra Jeſum, vt eum moꝛ
ti traderent, ꝛ non inuenerunt, cu3 multi fal-
ſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem vene-
rũt duo falſi teſtes, ꝛ dixerũt. Hic dixit, Poſ-
ſum deſtruere templum Dei: ꝛ poſt triduũ
reędificare illud. Et ſurgens princeps ſacer-
dotũ ait illi, Nihil reſpondes ad ea, quę iſti
aduerſum te teſtificantur? Jeſus autem tace-
bat. Et princeps ſacerdotũ ait illi, Adiuro te
per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es
Chriſtus filius Dei. Dixit illi Jeſus. Tu di-
xiſti. Veruntamen dico vobis, amodo vide-
bitis filium hominis ſedentem a dextris vir-
tutis Dei, ꝛ venientem in nubibus celi. Tũc
princeps ſacerdotum ſcidit veſtimẽta ſua di-
cens. Blaſphemauit. Quid adhuc egemus
teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam.
Quid vobis videt? At illi reſpondentes di-
xerunt. Reus eſt mortis. Tunc expuerunt
in faciem eius: ꝛ colaphis eum cęciderunt.
Alij autem palmas in faciem eius dederũt
dicentes. Prophetiza nobis Chriſte, quis
eſt qui te percuſſit? Petrus vero ſedebat fo-

ris in atrio. Et acceſſit ad eum vna ancilla
dicens. Et tu cum Jeſu Galileo eras. At il-
le negauit coram omnibus dicens. Neſcio
quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vi-
dit eum alia ancilla: ⁊ ait his, qui erant ibi.
Et hic erat cum Jeſu Nazareno. Et iterũ
negauit cum iuramento, quia non noui ho-
minem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui
aſtabant, ⁊ dixerunt Petro. Uere, ⁊ tu ex
illis es, nam ⁊ loquela tua manifeſtum te fa-
cit. Tunc cępit deteſtari, ⁊ iurare, quia non
nouiſſet hominem. Et continuo gallus can-
tauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Je-
ſu, quod dixerat: priuſquam gallus cantet,
ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit
amare. Mane autem facto, conſilium inie-
runt omnes principes ſacerdotum, ⁊ ſenio-
res populi aduerſus Jeſum, vt eum morti
traderent, Et vinctum adduxerunt eum, ⁊
tradiderunt Pontio Pilato pręſidi. Tunc
videns Judas qui tradidit eum, ꝙ damna-
tus eſſet, pęnitentia ductus, retulit triginta
argenteos principibus ſacerdotum, ⁊ ſenio-
ribus, dicẽs: Peccaui, tradẽs ſanguinẽ iuſtũ.
At illi dixerũt. Quid ad nos: tu videris. Et
proiectis argenteis in tẽplo receſſit, ⁊ abiens
laqueo ſe ſuſpendit. Principes aũt ſacerdo-
tum acceptis argenteis dixerunt. Non licet

eos mittere in corbonam:q2 pretium ſangui-
nis eſt. Conſilio autem inito, emerunt ex illis
agrũ figuli in ſepulturam peregrinoꝝ. Pro-
pter hoc vocatus eſt ager ille Aceldama: hoc
eſt ager ſanguinis: vſq3 in hodiernum diem.
Tunc impletũ eſt quod dictũ eſt p Jeremiã
prophetam dicentem. Et acceperunt trigin-
ta argẽteos pretiũ appretiati: quem appretia-
uerũt a filijs Iſrael: & dederũt eos in agrũ
figuli: ſicut conſtituit mihi dñs. Jeſus autem
ſtetit ante preſidem. Et interrogauit eũ pre-
ſes dicẽs. Tu es Rex Judeoꝝ? Dicit ei Je-
ſus. Tu dicis. Et cũ accuſaret a principibus
ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit.
Tunc dicit illi Pilatus. Non audis quanta
aduerſum te dicunt teſtimonia? Et nõ reſpõ
dit ei ad vllum verbũ, ita vt miraretur preſes
vehementer. Per diẽ aũt ſolennẽ cõſueuerat
preſes dimittere populo vnũ vinctũ, quem vo
luiſſent. Habebat aũt tũc vnum vinctum inſi
gnẽ, qui dicebatur Barabbas: qui propter ſe
ditionem miſſus fuerat in carcerem. Congre
gatis aũt illis, dixit Pilatus. Quẽ vultis di-
mittam vobis? Barabbam, an Jeſum, qui
dicit Chriſtus? Sciebat enim q̃ per inuidiã
tradidiſſent eũ. Sedente autem illo pro tri
bunali: miſit ad illum vxor eius dicens. Ni-
hil tibi, & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum ho-

die

die per viſum pp̄ter eū. Principes aūt ſacerdotum, ⁊ ſeniores perſuaſerūt populis, vt peterent Barabbā, Jeſum vero pderent. Reſpondens autē pręſes ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Barabbaꝫ. Dicit illis Pilatus. Quid ergo faciam de Jeſu, qui dicit Chriſtus? Dicunt oēs. Crucifigat: Ait illis pręſes. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicētes. Crucifigat. Videns autē Pilatus, qa nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicēs. Innocēs ego ſum a ſanguine iuſti huius, vos videritis. Et reſpondens vniuerſus popul⁹, dixit. Sanguis eius ſuper nos, ⁊ ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barabbā, Jeſum autem flagellatū tradidit eis, vt crucifigeret. Tunc milites pręſidis ſucipientes Jeſum in prętorio, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem. Et exuentes eum, clamydem coccineaꝫ circundederunt ei, ⁊ plectentes, coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, ⁊ arundinem in dextera eius, ⁊ genuflexo ante eum, illudebāt ei dicentes. Aue Rex Judęorum. Et expuentes in eū, acceperūt arundinem, ⁊ percutiebant caput eius. Et poſtq̄ illuſerunt ei, exuerunt eū clamyde, ⁊ induerunt eum veſtimentis eius, ⁊ duxerunt eū, vt

D crucifi-

crucifigerent. Exeuntes aũt inuenerũt hominẽ Cyrenęum nomine Simonẽ. Hũc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locũ qui dicit Golgotha, quod eſt Caluarię locus, ⁊ dederunt ei vinũ bibere, cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet, noluit bibere. Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortẽ mittẽtes, vt impleretur quod dictũ eſt per prophetã dicentẽ. Diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea: ⁊ ſup veſtẽ meam miſerunt ſortem. Et ſedẽtes ſeruabant eũ. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt Ieſus Rex Iudęorũ. Tũc crucifixi ſunt cũ eo duo latrones, vnus a dextris, ⁊ vnus a ſiniſtris. Prętereuntes aũt blaſphemabãt eũ mouentes capita ſua, ⁊ dicentes. Vah, qui deſtruis tẽplũ Dei: ⁊ i triduo illud reędificas. Salua temetipſũ. Si filius Dei es: deſcẽde de cruce. Similiter, ⁊ principes ſacerdotum illudẽtes cum ſcribis, ⁊ ſenioribus: dicebãt. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluũ facere. Si rex Iſrael eſt: deſcendat nunc de cruce: ⁊ credimus ei. Cõfidit in Deo: liberet eũ nũc ſi vult. Dixit enim: quia filius Dei ſũ. Idipſum autem ⁊ latrones, qui crucifixi erant cũ eo, improperabant ei. A ſexta aũt hora: tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terrã, vſq; in

horam

horam nonã. Et circa horam nonã clamauit Jeſus voce magna dicẽs. Eli, Eli, lãma ſabactani? Hoc eſt Deus meus, Deus meus: vt quid dereliquiſti me? Quidã autẽ illic ſtantes, ⁊ audientes, dicebãt. Eliã vocat iſte. Et continuo currens vnus ex eis; acceptã ſpongiam impleuit aceto, ⁊ impoſuit arundini, ⁊ dabat ei bibere. Cęteri vero dicebant, Sine videamus an veniat Elias liberans eũ. Jeſus autẽ iterũ clamans voce magna; emiſit ſpiritum. ✠. Et ecce velũ tẽpli ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo vſq; deorſum. Et terra mota eſt, ⁊ petrę ſciſſę ſunt: ⁊ monumenta aperta ſunt: ⁊ multa corpora ſanctorũ, q dormierant, ſurrexerunt: ⁊ exeuntes de monumentis poſt reſurectionem eius, venerũt in ſanctam ciuitatẽ, ⁊ apparuerunt multis. Cẽturio aũt, ⁊ qui cum eo erant cuſtodiẽtes Jeſum: viſo terręmotu, ⁊ his quę fiebãt, timuerunt valde dicẽtes. Vere filius Dei erat iſte. Erant autẽ ibi mulieres multę a longe, quę ſecutę erant Jeſum a Galilęa, miniſtrantes ei, inter quas erat Maria Magdalenę, ⁊ Maria Jacobi, ⁊ Joſeph mater, ⁊ mater filiorum Zebedei. Cum ſero autem factum eſſet: venit quidã homo diues ab Arimathia, nomine Joſeph: qui ⁊ ipſe diſcipulus erat Jeſu. Hic acceſſit ad Pilatũ: ⁊ petijt corpus

Jeſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore Joſeph, inuoluit illud in ſindone munda, ⁊ poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, ⁊ abiit. Erant autẽ ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, ſedentes contra ſepulcrum.

Altera autem die, quę eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum, ⁊ Phariſęi ad Pilatum, dicentes. Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgam. Jube ergo cuſtodiri ſepulcrum, vſq; in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli eius, ⁊ furent eũ, ⁊ dicãt plebi, Surrexit a mortuis. Et erit nouiſſim⁹ error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiam, ite cuſtodite, ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem, cum cuſtodibus.

¶ Paſſio dñi nr̃i Jeſu Chri ſm̃ Marcum.



In illo tp̃e. Erat Paſcha ⁊ azima poſt biduũ, ⁊ qrebãt ſummi ſacerdotes, ⁊ ſcribę, quomodo Jeſum dolo tenerẽt, ⁊ occiderẽt. Dicebant autẽ. Non in die feſto: Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum eſſet Jeſus Bethanię, in domo

Simo-

Simonis leproſi, ⁊ recumberet, venit mulier
habens alabaſtrum vnguẽti nardi ſpicati p̄-
tioſi, ⁊ fracto alabaſtro, effudit ſup̄ caput eius.
Erãt autẽ q̄dã indigne ferẽtes intra ſemetip
ſos, ⁊ dicẽtes. Ut q̄d p̄ditio iſta vnguenti fa-
cta eſt? Poterat eniꝫ vnguẽtũ iſtud venũdari
pluſq̃ã trecẽtis denarijs, ⁊ dari pauperibꝰ.
Et fremebant in eã. Jeſus aũt dixit. Sinite
eã. Quid illi moleſti eſtis? Bonũ opꝰ opera-
ta eſt in me. Semp̄ eniꝫ pauperes habebitis
vobiſcum, ⁊ cum volueris poteſtis illis bene-
facere, me autem non ſemper habebitis. Q̄ō
habuit, hęc fecit, pręuenit vngere corpus me-
um in ſepulturam. Amen dico vobis, vbi-
cunque prędicatum fuerit euangelium iſtud
in vniuerſo mundo, ⁊ q̄ō hęc fecit, narrabitur
in memoriam eius. Et Judas Iſchariotes,
vnus de duodicim, abijt ad ſummos ſacerdo-
tes, vt proderet eum illis. Qui audientes ga-
uiſi ſunt, ⁊ promiſerunt ei pecuniam ſe datu-
ros. Et querebat quomodo illum opportune
traderet. Et primo die azimorũ, quando pa-
ſcha immolabant, dicũt ei diſcipuli. Quo vis
eamus, ⁊ paremus tibi, vt mãduces paſcha?
Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, ⁊ dicit eis.
Ite in ciuitatẽ, ⁊ occurret vobis homo, lage
naꝫ aquę baiulans. Sequimini eum, ⁊ quo-
cumqꝫ introierit, dicite dño domus, quia ma

giſter dicit: vbi eſt refectio mea: vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem: Et ipſe vobis demonſtrabit cenaculum grande ſtratū: ⁊ illic parate nobis. Et abierūt diſcipuli ei⁹: ⁊ venerunt in ciuitatē: ⁊ inuenerūt ſicut dixerat illis: ⁊ parauerunt paſcha. Veſpere autem facto, venit cum duodecim: ⁊ diſcumbētibus eis, ⁊ manducantibus, ait Ieſus. Amē dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi ceperunt contriſtari, ⁊ dicere ei ſingulatiꝫ. Nunquid ego? Qui ait illis. Unus ex duodecim, qui intingit mecum manuꝫ in catino. Et filius quidē hoīs vadit, ſicut ſcriptuꝫ eſt de eo. Ve autem homini illi, per quem filius hoīs tradet. Bonū erat ei, ſi nō eſſet natus homo ille. Et māducātibus illis, accepit Ieſus panē: ⁊ benedicens fregit: ⁊ dedit eis: ⁊ ait. Sumite, hoc eſt corp⁹ meū. Et accepto calice: gratias agēs dedit eis. Et biberunt ex illo oēs: ⁊ ait illis. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui p multis effundetur. Amen dico vobis: q̄ iam non bibam de genimine vitis: vſqꝫ in dieꝫ illuꝫ: cum illud bibam vobiſcū nouū in regno Dei. Et hymno dicto: exierunt in montem oliuarū. Et ait illis Ieſus. Omnes vos ſcādalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptū eſt. Percutiam paſtorem: ⁊ diſpergent oues.

Sed poſtq̄ reſurrexero: p̄cedā vos in Gali-
leam. Petrus aūt ait illi. Et ſi oēs ſcādaliza-
ti fuerint: ſed nō ego. Et ait illi Jeſus. Amē
dico tibi: quia tu hodie in nocte hac, priuſquā
bis gallus vocem dederit: ter me es negatu-
rus. At ille amplius loquebatur. Et ſi opor-
tuerit me ſimul commori tibi: nō te negabo.
Similiter autem ⁊ oēs dicebant. Et veniūt
in prediū, cui nomen Gethſemani: ⁊ ait diſci-
pulis ſuis. Sedete hic donec orez. Et aſſum-
pſit Petrū, ⁊ Jacobū, ⁊ Johannez ſecum: ⁊
cepit pauere: ⁊ tedere. Et ait illis. Triſtis eſt
anima mea vſqz ad mortez. Suſtinete hic, ⁊
vigilate. Et cum proceſſiſſet paululum: pro-
cidit ſuper terram, ⁊ orabāt: vt ſi fieri poſſet,
tranſiret ab eo hora: ⁊ dixit. Abba pater, oīa
tibi poſſibilia ſunt: transfer calicē hunc a me.
Sed nō qđ ego volo: ſed qđ tu. Et venit ⁊ in-
uenit eos dormientes: ⁊ ait Petro: Simon
dormis? Nō potuiſti vna hora vigilare me-
cum? Vigilate ⁊ orate: vt nō intretis in tēta-
tionem. Spiritus quidem promptus eſt: ca-
ro autem infirma. Et iterum abiens orauit
eundem ſermonem dicens. Et reuerſus de-
nuo, inuenit eos dormiētes. Erant eniz ocu-
li eorum grauati: ⁊ ignorabant quid reſpon-
derent ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis. Dormi-
te iam, ⁊ requieſcite. Sufficit. Venit hora: ec-

te tradetur filius hominis in manus pecca-
torum. Surgite eamus, ecce qui me tradet
prope eſt. Et adhuc eo loquente, venit Iu-
das Iſcariothes, vnus de duodecim, ⁊ cum
eo turba multa, cum gladijs, ⁊ lignis, miſſi a
ſummis ſacerdotibus, ⁊ ſcribis, ⁊ ſenioribus.
Dederat aũt traditor eis ſignũ dicẽs. Quẽ-
cunqȝ oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, ⁊
ducite caute. Et cum veniſſet, ſtatim accedẽs
ad eum ait. Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eũ.
At illi manus iniecerunt in eum, ⁊ tenuerũt
eum. Vnus autẽ de circunſtantibus educẽs
gladium, percuſſit ſeruum ſummi ſacerdo-
tis, ⁊ amputauit illi auriculã. Et reſpõdens
Ieſus ait illis. Tanquam ad latronẽ exiſtis
cum gladijs, ⁊ lignis cõprehẽdere me. Quo-
tidie eram apud vos in templo docens, ⁊ nõ
me tenuiſtis. Sed vt adimpleãtur ſcripturę
prophetarum. Tunc diſcipuli eius, relinquẽ-
tes eum, oẽs fugerunt. Adoleſcens autẽ qui-
dam ſequebatur eũ amictus ſindone ſuper
nudo, ⁊ tenuerunt eum. At ille, reiecta ſindo-
ne, nudus profugit ab eis. Et adduxerũt Ie-
ſum ad ſummum ſacerdotẽ, ⁊ conuenerunt
oẽs ſacerdotes, ⁊ ſcribę, ⁊ ſeniores. Petrus
aũt a longe ſecutus eſt eũ, vſqȝ intro in atriũ
ſummi ſacerdotis, ⁊ ſedebat cum miniſtris,
⁊ calefaciebat ſe ad ignem. Summi vero ſa-

cerdotes, & omne concilium quęrebant aduerſus Jeſum teſtimonium, vt eũ morti traderent, nec inueniebant. Multi enim teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego diſſoluam templũ hoc manufactum, & poſt triduum, aliud non manufactum reędificabo. Et non erat cõueniens teſtimonium illorum. Exurgens autẽ ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Jeſum dicẽs. Non reſpõdes quicq̃ ad ea, quę tibi obijciunt ab his? Jeſus autem tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? Jeſus autẽ dixit illi. Ego ſum. Et videbitis filium hõis ſedentem a dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cęli. Summus autẽ ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait. Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam? Quid vobis videtur? Qui oẽs condemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cęperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cędere, & dicere ei. Propheti za. Et miniſtri alapis eũ cędebãt. Et cũ eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex

ancillis ſummi ſacerdotis: ⁊ cum vidiſſet Petrum calefacientem ſe: aſpiciens illum ait. Et tu cum Jeſu Nazareno eras. At ille negauit dicens. Neque ſcio, neque noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium: ⁊ gallus cantauit. Rurſus autem cum vidiſſet illum alia ancilla, cepit dicere circũſtantibus: Quia hic ex illis eſt. At ille iterum negauit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro. Vere ⁊ tu ex illis es: nã ⁊ Galileus es. Ille aũt cepit anathematizare ⁊ iurare, q̄a neſcio hominem iſtum, quẽ dicitis. Et ſtatim iterũ gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi, qḋ dixerat ei Jeſus: Priuſquã gallus cãtet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et confeſtim mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus ⁊ ſcribis, ⁊ vniuerſo concilio: vincientes Jeſum duxerunt, ⁊ tradiderunt Pilato. Et interrogauit euz Pilatus. Tu es Rex Judeorũ: At ille reſpõdẽs ait illi. Tu dicis. Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autẽ rurſus interrogauit eum, dicens: Non reſpõdes quicq̃ã: Vides in quantis te accuſant: Jeſus autẽ amplius nihil rñdit, ita vt miraret̄ Pilatus. Per diẽ autẽ feſtum ſolebat illis dimittere vnũ ex vinctis quencunq; petijſſent. Erat aũt q̄ dicebat Barab

bas,

bas; qui cū ſeditioſis erat vinctus: qui in ſedi-
tione fecerat homicidiū. Et cū aſcēdiſſet tur-
ba: cepit rogare, ſicut ſemꝑ faciebat illis. Pi-
latus aūt reſpōdit eis. ⁊ dixit. Vultis dimittā
vobis regē Iudeoꝝ? Sciebat enim q̄ ꝑ in-
uidiam tradidiſſent eū ſummi ſacerdotes.
Pontifices autē concitauerūt turbā, vt ma-
gis Barabbā dimitteret eis. Pilatus autē
iterum rn̄dens ait illis. Quid ergo vultis fa-
ciam Regi Iudeoꝝ? At illi iterum clamaue
runt. Crucifige eum. Pilatus vero dicebat
eis. Quid enim mali fecit? At illi magis cla-
mabant. Crucifige eū. Pilatus autē volens
ppl'o ſatiſfacere, dimiſit illis Barabbam: ⁊
tradidit Ieſum flagellis cęſum: vt crucifige-
ret. Milites autē duxerunt eū intro in atriū
ꝑtorij: ⁊ conuocant totam cohortem: ⁊ induunt
eū purpura: ⁊ imponunt ei plectētes ſpineā
coronā: ⁊ ceperunt ſalutare eū: Aue rex Iu-
deoꝝ. Et percutiebant caput eius arundine:
⁊ conſpuebant eū: ⁊ ponētes genua adorabant
eū. Et poſtq̄ illuſerunt ei, exuerunt illum
purpura: ⁊ induerūt eū veſtimentis ſuis, ⁊ edu
cūt illū, vt crucifigerēt eū. Et angariauerunt
ꝑtereūtē quēpiā Simonē Cyreneū venientē
de villa: patrē Alexandri, ⁊ Ruffi: vt tolleret
crucē ei⁹. Et ꝑducūt eū in Golgotha locū: q̄d
eſt interpretatū Caluarię loc⁹. Et dabāt ei bi-

bere myrratum vinū: ⁊ nō accepit. Et crucifi
gentes eū, diuiſerunt veſtimēta eius, mittētes
ſortē ſup eis, quis, qd tolleret. Erat autē ho
ra tertia, ⁊ crucifixerunt eū. Et erat titul⁹ cau
ſę eius inſcriptus, Rex Judęoꝝ. Et cum eo
crucifixerunt duos latrones, vnū a dextris, ⁊
aliū a ſiniſtris. Et adimpleta eſt ſcriptura, q̄
dicit, Et cū iniqs reputat⁹ eſt. Et ꝑtereuntes
blaſphemabāt eū, mouētes capita ſua, ⁊ dicē-
tes. Uah q deſtruis tēplū Dei, ⁊ in trib⁹ die-
bus reędificas. Saluū fac temetipſū deſcē-
dēs de cruce. Silr ⁊ ſummi ſacerdotes illudē
tes ad alterutrū cū ſcribis dicebāt, Alios ſal-
uos fecit: ſeipſum nō pōt ſaluū facere. Chrīs
rex Jſrael deſcendat nūc de cruce, vt videa-
mus, ⁊ credamus. Et q cū eo crucifixi erant,
ꝯuitiabant ei. Et facta hora ſexta, tenebrę fa-
cte ſunt ſup totā terram, vſq; in horā nonam.
Et hora nona exclamauit Jeſus voce ma-
gna dicēs. Eloy Eloy, lāma ſabactani? Qđ
eſt interp̄tatū. Deus meus, Deus meus,
vt qd dereliquiſti me? Et quidā de circūſtan
tib⁹ audiētes dicebāt. Ecce Eliā vocat. Cur
rēs autē vnus, ⁊ implens ſpōgiā aceto, circū-
ponēſq; calamo, potū dabat ei dicēs. Sinite
videāmus, ſi veniat Elias ad deponēdū eū.
Jeſus autem emiſſa voce magna, expirauit.
✠ Et velū tēpli ſciſſū eſt in duo, a ſūmo, vſq;
deorſū.

deorſuz. Vidēs autē Cēturio, qui ex aduerſo ſtabat, q̄a ſic clamās expiraſſet, ait: Uere hic homo filius Dei erat. Erāt autē ibi mulieres de lōge aſpiciētes, iter q̄s erat Maria Magdalene, ꝛ Maria Jacobi minoris, ꝛ Joſeph mater, ꝛ Salome. Et cum eſſet in Galilęa ſequebātur euz, ꝛ miniſtrabant ei, ꝛ alię multę, quę ſimul cū eo aſcenderāt Jeroſolymam.

ET cū iā ſero eſſet factū, q̄a erat paraſceue, qđ eſt ante ſabbathū, venit Joſeph ab Arimathia nobilis decurio, q ꝛ ipſe erat expectās regnuz Dei. Et audacter introiuit ad Pilatū, ꝛ petijt corpus Jeſu. Pilatus autem mirabať, ſi iā obijſſet. Et accerſito Centurione, interogauit eū ſi iam mortuus eſſet. Et cū cognouiſſet a Cēturione: donauit corpus Joſeph. Joſeph autē mercatus eſt ſindonē, ꝛ deponēs eū inuoluit in ſindone, ꝛ poſuit eū in monumento, qđ erat exciſuz de petra, ꝛ aduoluit lapidem ad oſtiū monumēti.

¶ Paſſio Dn̄i nr̄i Jeſu Chriſti ſc̄m Lucam.



IN illo tp̄e. Appropinquabat autē dies feſtus azymorū, q dicit paſcha, ꝛ quęrebāt principes ſacerdotū, ꝛ ſcribę, quomodo Jeſum interficerēt: timebāt vero plebē. Intrauit autē ſathanas in Judam, qui

qui cognominabatur Iſcariothes, vnum de duodicim: ⁊ abijt, ⁊ locutus eſt cum principibus ſacerdotũ, ⁊ magiſtratibus: quemadmodum traderet illum eis. Et gauiſi ſunt, ⁊ pacti ſunt pecuniam illi dare: ⁊ ſpopõdit. Et querebat opportunitatẽ: vt traderet eum ſine turbis. Venit aũt dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha, ⁊ miſit Petrum, ⁊ Johannẽ dicens. Euntes, parate nobis paſcha, vt manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeũtibus vobis in ciuitatez, occurret vobis homo, amphoram aque portãs: ſequimini eũ in domum in quam intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſoriũ, vbi paſcha cum diſcipulis meis mãducem? Et ipſe vobis oſtendet cenaculum magnũ ſtratũ, ⁊ ibi parate. Euntes aũt inuenerũt ſicut dixit illis Jeſus: ⁊ parauerũt paſcha. Et cũ facta eſſet hora, diſcubuit, ⁊ duodecim apoſtoli cuz eo. Et ait illis, Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcuz, antequã patiar. Dico enim vobis: qa ex hoc non manducabo illud: donec impleat in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, ⁊ dixit: Accipite, ⁊ diuidite inter vos. Dico eniz vobis, quia non bibaz de generatione vitis: donec regnuz Dei veniat. Et accepto pane,

gratias

gratias egit,⁊ fregit:⁊ dedit eis dicens. Hoc
eſt corpus meum: quod pro vobis dat. Hoc
facite in meã cõmemorationẽ. Similiter ⁊
calicem poſtquam cenauit dicens. Hic calix
nouum teſtamentum eſt in ſanguine meo, q
pro vobis effundetur. Verũtamẽ ecce manus
tradẽtis me, mecum eſt in menſa. Et quidez
filius hois, ſecundũ quod diffinitum eſt, va-
dit. Veruntamen vę homini illi, p quẽ trade
tur. Et ipſi cęperunt querere inter ſe: quis eſ-
ſet ex eis: qui hoc facturus eſſet. Facta eſt au-
tem ꝯtentio inter eos: quis eorũ videretur
eſſe maior. Dixit autem eis. Reges gentiũ do
minantur eorũ,⁊ qui poteſtatẽ habent ſuper
eos, benefici vocant, vos aũt nõ ſic. Sed qui
maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: ⁊ qui prę-
ceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nã qs maior eſt:
qui recũbit: an qui miniſtrat? Nõne qui recũ
bit? Ego aũt in medio veſtrũ ſum, ſicut q mi
niſtrat. Vos aũt eſtis qui permãſiſtis mecuz
in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis
ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ, regnũ: vt edã-
tis,⁊ bibatis, ſuper menſam meam, in regno
meo:⁊ ſedeatis ſup thronos, iudicantes duo-
decim tribus Iſrael. Ait aũt dñs Simoni:
Simon, ecce ſathanas expetiuit vos, vt cri-
braret ſicut triticũ. Ego aũt rogaui pro te: vt
non deficiat fides tua:⁊ tu aliquando conuer
ſus,

ſua, confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Dñe
tecum paratus ſum, ⁊ in carcerem, ⁊ in mor-
tem ire. At ille dixit, Dico tibi Petre, nō can
tabit hodie gallus: donec ter abneges noſſe
me. Et dixit eis. Quādo miſi vos ſine ſaccu-
lo, ⁊ pera, ⁊ calceamentis: nunquid aliud de-
fuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit er-
go eis. Sed nunc qui habet ſacculum, tollat
ſimiliter ⁊ perā, ⁊ qui nō habet, vendat tuni
cam ſuā, ⁊ emat gladium. Dico enim vobis
quoniam adhuc, hoc, qđ ſcriptum eſt, oportet
impleri in me. Et cum iniquis deputatus eſt.
Etenim ea, quę ſunt de me, finem habent. At
illi dixerunt, Dñe, ecce gladij duo hic. At ille
dixit eis. Satis eſt. Et egreſſus ibat ſm cōſue
tudinē in montē oliuarū. Secuti ſunt autem
illum ⁊ diſcipuli eius. Et cū perueniſſent ad
locum dixit illis. Orate, ne intretis in tētatio-
nem. Et ipſe auulſus eſt ab eis, quantum ia-
ctus eſt lapidis, ⁊ poſitis genibus orabat, di-
cens. Pater, ſi vis, transfer calicem iſtū a me.
Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.
Apparuit autem illi Angelus de cęlo cōfor-
tans eum. Et factus in agonia, prolixius ora
bat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttę ſan-
guinis decurrentis in terrā. Et cū ſurexiſſet
ab oratione, ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos, in-
uenit eos dormientes pręʒ triſtitia, ⁊ ait illis.

Quid

Quid dormitis? Surgite, ⁊ orate, ne intretis
in tentationem. Adhuc eo loquente: ecce tur-
ba, ⁊ qui vocabatur Iudas, vnus de duode-
cim antecedebat eos: ⁊ appropinquauit Ie-
ſu: vt oſcularetur eum. Ieſus autem dixit illi,
Iuda oſculo filium hominis tradis? Viden-
tes autem hi, qui circa ipſum erant, quod fu-
turum erat: dixerunt ei. Dñe, ſi percutimus
in gladio? Et percuſſit vn⁹ ex illis ſeruũ prin
cipis ſacerdotum: ⁊ amputauit auriculam ei⁹
dexteram. Reſpondens autẽ Ieſus ait. Si-
nite vſqꝫ huc? Et cum tetigiſſet auriculã eius:
ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos, qui
venerãt ad ſe principes ſacerdotum, ⁊ magi-
ſtratus templi, ⁊ ſeniores. Quaſi ad latronẽ
exiſtis cum gladijs, ⁊ fuſtibus, cum quotidie
vobiſcum fuerim in templo: ⁊ non extẽdiſtis
manus in me. Sed hęc eſt hora veſtra: ⁊ po-
teſtas tenebrarum. Comprehendẽtes autẽ
eum, duxerunt ad domum principis ſacerdo
tum. Petrus vero ſequebatur eum a longe.
Accenſo autem igne in medio atrij, ⁊ circum
ſedentibus illis: erat Petrus in medio eo-
rum. Quem cum vidiſſet ancilla quędam
ſedentem ad lumen: ⁊ eum fuiſſet intuita, di-
xit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum
dicens. Mulier, non noui illum. Et poſt pu-
ſillum alius videns eum dixit. Et tu de illis

es? Petrus vero ait. O homo non ſum. Et
internallo facto quaſi horę vnius: alius qui-
dam affirmabat dicens. Vere, ⁊ hic cū illo
erat: nā ⁊ Galileus eſt. Et ait Petrus. Ho-
mo, neſcio quid dicis. Et continuo adhuc il-
lo loquente, cantauit gallus. Et cōuerſus do
minus reſpexit Petrū, ⁊ recordatus eſt Pe-
trus verbi dn̄i, ſicut dixerat: Quia priuſquā
gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus
foras Petrus fleuit amare. Et viri qui tene-
bant Jeſum illudebant ei: cędentes eū. Et
velauerunt eum, ⁊ pcutiebant faciem eius, ⁊
interrogabant eum dicentes. Prophetiza:
quis eſt q te percuſſit? Et alia multa blaſphe
mantes, dicebant in eum. Et vt factus eſt
dies: conuenerunt ſeniores plebis, ⁊ princi-
pes ſacerdotum, ⁊ ſcribę, ⁊ duxerunt illum in
concilium ſuum dicentes. Si tu es Chriſtus,
dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero, non
credetis mihi. Si autem interrogauero, nō
reſpondebitis mihi, neq̄ dimittetis. Ex hoc
autē erit filius hoīs ſedens a dextris virtu-
tis Dei. Dixerunt autem oēs. Tu ergo es fi-
lius Dei? Qui ait. Vos dicitis, quia ego ſū.
At illi dixerunt. Quid adhuc deſideramus
teſtimonium? Ipſi enim audiuimus ex ore
eius. Et ſurgens omnis multitudo eorū, du-
xerunt illum ad Pilatū. Ceperunt autē il-
lum

luꝫ accuſare dicentes. Hūc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, ⁊ prohibentem tributa dari Cęſari, ⁊ dicentem ſe Chriſtuꝫ regem eſſe. Pilatus autem interrogauit euꝫ dicens. Tu es Rex Judeorum? At ille reſpondens ait. Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum, ⁊ turbas. Nihil inuenio cauſę in hoc homine. At illi inualeſcēbant dicentes. Commouit populum: docēs per vniuerſam Judęam: incipiens a Galilęa vſqꝫ huc. Pilatus autem audiens Galilęam: interrogauit ſi homo Galilęus eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet: remiſit eū ad Herodeꝫ: qui ⁊ ipſe Jeroſolymis erat illis diebus. Herodes auteꝫ viſo Jeſu, gauiſus eſt valde. Erat eniꝫ cupiēs ex multo tempore videre illuꝫ: eo ꝙ audierat multa de illo, ⁊ ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpōdebat. Stabant autem principes ſacerdotuꝫ ⁊ ſcribe, conſtanter accuſantes euꝫ. Spreuit autē illum Herodes cum exercitu ſuo, ⁊ illuſit indutuꝫ veſte alba: ⁊ remiſit ad Pilatū. Et facti ſunt amici Herodes, ⁊ Pilatus ī ipſa die. Nā antea inimici erant ad inuiceꝫ. Pilatus aūt conuocatis principibus ſacerdotū, ⁊ magiſtratibus ⁊ plebe dixit ad illos. Obtuliſtis

mihi hunc hoīem, quaſi auertentē populuꝫ, ⁊ ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam inuenio in hoīe iſto, ex his, in quib⁹ eum accuſatis. Sed neqꝫ Herodes. Nā remiſi vos ad illum, ⁊ ecce nihil dignū morte actum eſt ei. Emendatum ergo illū dimittā. Neceſſe autē habebat dimittere eis ꝑ diez feſtum vnum. Exclamauit autē ſimul vniuerſa turba dicēs. Tolle hunc, ⁊ dimitte nobis Barabbā. Qui erat propter ſeditionē quādam factam in ciuitate, ⁊ homicidiuꝫ: miſſus in carcerem. Iterū aūt Pilatus locutus eſt ad illos: volens dimittere Jeſum. At illi ſuc clamabant dicentes Crucifige, crucifige illū. Ille autē tertio dixit ad illos. Quid eniꝫ mali fecit iſte? Nullā cauſam mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illū: ⁊ dimittam. At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulātes vt crucifigeretur: ⁊ inualeſcebant vocis eorum: ⁊ Pilat⁹ adiudicauit fieri petitionē eoꝝ. Dimiſit aūt illis eū, qui propter homicidium, ⁊ ſeditionem, miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Jeſum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum: apprehenderūt Simonē quendā Cyrenenſem, venientē de villa, ⁊ impoſuerunt illi Crucē portare poſt Jeſum. Sequebatur autem illuꝫ multa turba populi, ⁊ mulierum, quę plangebant, ⁊ lamenta-

nentabantur eum. Conuerſus autem ad il-
as Jeſus dixit. Filię Jeruſalem, nolite flere
per me, ſed ſup voſipſas flete, ⁊ ſuper filios
eſtros: qm̄ ecce venient dies in quibus di-
ent. Beatę ſteriles, ⁊ ventres, qui nō genue-
unt: ⁊ vbera, quę non lactauerunt. Tūc inci-
ient dicere montibus: cadite ſuper nos: ⁊
ollibus, operite nos. Quia ſi in viridi ligno
oc faciunt: in arido quid fiet. Ducebant au-
em ⁊ alij duo nequā cum eo: vt interficeren-
ir. Et poſtquā venerūt in locuꝫ, qui dicitur
Caluarię: ibi crucifixerunt eum, ⁊ latrones,
num a dextris, ⁊ alterum a ſiniſtris. Jeſus
uteꝫ dicebat. Pater, dimitte illis: nō enim
iunt quid faciunt. Diuidentes vero veſtimē
a eius, miſerunt ſortes. Et ſtabat populus
pectans. Et deridebant eum principes
um eis dicentes. Alios ſaluos fecit: ſeip-
um ſaluuꝫ faciat: ſi hic eſt Chriſtus Dei ele-
us. Jlludebant autem ei ⁊ milites acceden
s, ⁊ acetum offerentes ei, ⁊ dicentes. Si tu
s Rex Judęorum, ſaluum te fac. Erat au-
m ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis
ręcis, ⁊ latinis, ⁊ hebraicis. Hic eſt Rex
udęorum. Unus autem de his, q pendebāt
tronibus, blaſphemabat eū dicens. Si tu
s Chriſtus: ſaluum fac temetipſum, ⁊ nos.
Reſpōdens aūt alter, increpabat eū dicens.

Neqꝫ tu times Deuꝫ: qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſte: naꝫ digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit: Et dicebat ad Jeſum. Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jeſus. Amen dico tibi: hodie mecuꝫ eris in paradiſo. Erat autem fere hora ſexta, ⁊ tenebrę facte ſunt in vniuerſa terra, vſqꝫ in horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol, ⁊ velum templi ſciſſum eſt medium: ⁊ clamans Jeſus voce magna ait. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hęc dicens expirauit. ✠ Uidens autē Centurio quod factū fuerat: glorificauit Deum dicens. Uere hic homo iuſtus erat. Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant, ad ſpectaculuꝫ iſtud, ⁊ videbant quę fiebant: percutientes pectora ſuā reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe, ⁊ mulieres, quę ſecutę erant euꝫ a Galilea, hęc videntes.

Et ecce vir nomine Joſeph: q̄ erat decurio: vir bonus, ⁊ iuſtus. (Hic nō conſenſerat conſilio, ⁊ actibus eorum) ab Arimathia, ciuitate Judeę: qui expectabat ⁊ ipſe regnum Dei. Hic acceſſit ad Pilatuꝫ, ⁊ petijt corpus Jeſu. Et depoſitum inuoluit in ſindone, ⁊ poſuit eum in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

¶ Paſſio Dñi nři Jeſu Chři ſm Johānē.



IN illo tempore: Egreſſus eſt Jeſus cum diſcipulis ſuis trans torrentē Cedron: vbi erat hortus: in quem introiuit ipſe, ⁊ diſcipuli eius. Sciebat autem ⁊ Judas, qui tradebat eum, locū: quia frequenter Jeſus conuenerat illuc cum diſcipu
is ſuis. Judas ergo cum accepiſſet cohortē,
⁊ a pontificibus ⁊ phariſeis miniſtros: venit
lluc cum laternis, ⁊ facibus, ⁊ armis. Jeſus
taq; ſciens omnia que ventura erant ſuper
eum: proceſſit, ⁊ dixit eis. Quē queritis? Re
ſponderunt ei. Jeſum Nazarenum. Dicit
is Jeſus. Ego ſum. Stabat autem ⁊ Ju-
das, qui tradebat eum, cum ipſis. Ut ergo
dixit eis, Ego ſum: abierunt retrorſū, ⁊ ceci-
derunt in terram. Iterum ergo interrogauit
eos. Quem queritis? Illi autē dixerunt. Je-
ſū Nazarenū. Reſpōdit Jeſus. Dixi vobis
quia ego ſum. Si ergo me queritis, ſinite
hos abire. Ut impleretur ſermo, quem dixit.
Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis
quenquā. Simon ergo Petrus habens gla
dium, eduxit eum, ⁊ percuſſit ſeruū pontifi-
is, ⁊ abſcidit auriculam eius dexterā. Erat
autē nomē ſeruo Malcus. Dixit ergo Je-

ſus Petro: Mitte gladiū tuū in vaginā. Calicē, quē dedit mihi pater, nō vis vt bibā illum? Cohors ergo & tribunus, & miniſtri iudeorum comprehenderunt Jeſum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eū ad Annā primū. Erat aūt Anna ſocer Caiphe: qui erat pontifex anni illius. Erat aūt Caiphas qui conſilium dederat Judeis: quia expedit, vnū hominem mori pro populo. Sequebat aūt Jeſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici: & introiuit cum Jeſu in atrium pontificis. Petrus autē ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiarie, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria: Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. Stabāt autē ſerui, & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: Erat autem cum eis Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Jeſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit Jeſus: Ego palā locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo: quo omnes Judei conueniunt. Et in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quid locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt, q̄ dixerim

ego.

go. Hec aũt cum dixiſſet, vnus aſſiſtens mi
iſtrorum, dedit alapã Jeſu dicens. Sic re
ondes pōtifici? Reſpondit ei Jeſus. Si
iale locutus ſum, teſtimonium perhibe de
ialo. Si autẽ bene, quid me cedis? Et miſit
um Annas ligatum ad Caipham pontifi
em. Erat autẽ Simon Petrus ſtans, ⁊ ca
faciens ſe. Dixerunt ergo ei. Nũquid ⁊ tu
t diſcipulis ei⁹ es? Negauit ille, ⁊ dixit. Nō
im. Dicit ei vnus ex ſeruis pōtificis, cogna
is eius, cuius abſcidit Petrus auriculam.
Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterũ
rgo negauit Petrus, ⁊ ſtatim gallus can
uit. Adducunt ergo Jeſum a Caipha in
ꝑtorium. Erat autem mane, ⁊ ipſi non in
oierunt in pretorium, vt non contamina
entur: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit
go Pilatus ad eos foras, ⁊ dixit. Quã ac
iſationem affertis aduerſus hominẽ hũc?
Reſponderunt, ⁊ dixerunt ei. Si nō eſſet hic
alefactor, nō tibi tradidiſſemus eũ. Dixit
rgo eis Pilatus. Accipite eum vos: ⁊ ſm
gem veſtram iudicate eũ. Dixerunt ergo
i Judei. Nobis non licet interficere quen
uam. Ut ſermo Jeſu impleretur, quem di
t: ſignificãs qua morte eſſet moriturus. In
oiuit ergo iterum in pretoriũ Pilatus, ⁊ vo
auit Jeſum, ⁊ dixit ei: Tu es rex Judeorũ?
Reſpon-

Reſpondit Jeſus. A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Reſpōdit Pilatus. Nunqd ego Judęus ſum? Gens tua, ⁊ pōtifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Jeſus. Regnū meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtiqꝫ decertarent, vt non traderer Judeis. Nunc autem regnū meū, non eſt hinc. Dixit itaqꝫ ei Pilatus. Ergo Rex eſt tu? Reſpōdit Jeſus. Tu dicis qa rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, ⁊ ad hoc veni in mundum: vt teſtimoniū perhibeā veritati: Omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet: iterū exiuit ad Judęos, ⁊ dixit eis. Ego nullā inuenio in eo cauſam. eſt autē conſuetudo vobis: vt vnum dimittā vobis in paſcha. Vultis ergo, dimittam vobis regem Judęorū? Clamauerunt rurſum oēs, dicētes. Non hūc, ſed Barabbā. Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jeſuꝫ, ⁊ flagellauit. Et milites plectentes, coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius: ⁊ veſte purpurea circūdederunt eum: ⁊ veniebant ad eum, ⁊ dicebant, Aue Rex Judęorū. Et dabāt ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilatus foras: ⁊ dicit eis. Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoſcatis,

tis, quia nullam cauſam inuenio in eo. Exiuit
ergo Jeſus portans ſpineam coronā, ⁊ pur-
pureum veſtimentū. Et dicit eis. Ecce ho-
mo. Cum ergo vidiſſent eū pontifices, ⁊ mi-
niſtri, clamabant dicentes. Crucifige, crucifi-
ge eū. Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos,
⁊ crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo cau-
ſam. Reſponderunt ei Judei. Nos legē ha-
bemus, ⁊ ſecundum legē debet mori: quia fi-
lium Dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pila-
tus hunc ſermonē, magis timuit. Et ingreſ-
ſus eſt pretoriū iterū, ⁊ dicit ad Jeſum. Un-
de es tu? Jeſus aūt reſponſum non dedit ei.
Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris?
Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere
te: ⁊ poteſtatē habeo dimittere te? Reſpōdit
Jeſus. Non haberes poteſtatē aduerſum
me vllā: niſi tibi datū eſſet deſuper. Propte
rea qui tradidit me tibi, maius peccatum ha
bet. Et exinde querebat Pilatus dimittere
eū. Judei autē clamabant, dicentes. Si hūc
dimittis: non es amicus Ceſaris. Oīs enim,
qui ſe regem facit: contradicit Ceſari. Pila-
tus ergo cum audiſſet hos ſermones, addu-
xit foras Jeſum, ⁊ ſedit pro tribunali, in lo-
co qui dicitur Lithoſtrothos: hebraice autem
Gabatha. Erat autem paraſceue paſche, ho
ra quaſi ſexta, ⁊ dicit Judeis. Ecce Rex ve-
ſter.

ſter. Illi autem clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt põtifices. Non habemus regẽ, niſi Ceſarẽ. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt aũt Jeſum: ⁊ eduxerũt. Et baiulãs ſibi crucẽ: exiuit in eũ, qui dicitur Caluarię, locum: Hebraice autem Golgotha: vbi crucifixerunt eũ. Et cum eo alios duos hinc, ⁊ hinc, medium autem Jeſum. Scripſit aũt ⁊ titulum Pilatus, ⁊ poſuit ſuper crucẽ. Erat aũt ſcriptũ. Jeſus Nazarenus Rex Judęorũ. Hunc ergo titulũ multi legerũt Judęorum, quia prope ciuitatẽ erat locus, vbi crucifixus eſt Jeſus. Erat aũt ſcriptũ Hebraice, Gręce, ⁊ Latine. Dicebãt ergo Pilato pontifices Judęorum: Noli ſcribere, Rex Judęorum. ſed q̃a ipſe dixit: Rex ſum Judęorum. Rñdit Pilatus. Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimẽta eius, ⁊ fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem, ⁊ tunicam. Erat autẽ tunica incõſutilis: deſuper cõtexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicẽ: Non ſcindamus eã, ſed ſortiamur de ea, cuius ſit. Ut ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi, ⁊ ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hęc fecerunt. Stabãt autẽ iuxta

crucem

crucem Jeſu, mater eius, ⁊ ſoror matris eius,
Maria Cleophe, ⁊ Maria Magdalene.
Cū vidiſſet ergo Jeſus matrē, ⁊ diſcipulum
ſtantem, quē diligebat: dicit matri ſuę. Mu-
lier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo.
Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eā
diſcipulus in ſuā. Poſtea ſciens Jeſus, quia
iam omnia conſummata ſunt: vt conſumma-
retur ſcriptura, dicit. Sitio. Uas ergo poſi-
tū erat, aceto plenū. Illi autem ſpongiā ace-
to plenam hyſſopo circūponētes, obtulerūt
ori eius. Cum ergo accepiſſet Jeſus acetū,
dixit. Conſumatum eſt. Et inclinato capi-
te, tradidit ſpiritum. ✠ Judęi ergo, quoniā
paraſceue erat: vt non remanerent in cruce
corpora ſabbatho: erat enim magnus dies
ille ſabbathi: rogauerunt Pilatū, vt frange-
rent eorū crura, ⁊ tollerent. Uenerunt ergo
milites, ⁊ primi quidem fregerunt crura, ⁊ al-
terius, qui crucifixus eſt cum eo. Ad Jeſum
autē cum veniſſent, vt viderūt eū iā mortuū
non fregerunt eius crura: ſed vnus militū
lancea latus eius aperuit, ⁊ cōtinuo exiuit ſan-
guis, ⁊ aqua. Et qui vidit, teſtimoniū perhi-
buit, ⁊ verū eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit,
quia vera dicit, vt ⁊ vos credatis. Facta ſunt
enim hęc vt ſcriptura impleretur. Os non
comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura
dicit

dicit. Uidebunt in quem transfixerunt.

P Oſt hec autē rogauit Pilatuꝫ Joſeph ab Arimathia, eo ꝙ eſſet diſcipulus Jeſu, occultus autem propter metū Judeoꝝ: vt tolleret corpus Jeſu. Et permiſit Pilatus. Uenit ergo, ⁊ tulit corpus Jeſu. Uenit auteꝫ ⁊ Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primum: ferens mixturam myrrhe, ⁊ aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jeſu: ⁊ ligauerunt eum linteis cum aromatibus: ſicut mos eſt Judeis ſepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus eſt hortus, ⁊ in horto monumentum nouum, in quo nonduꝫ quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuem Judeorum: quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Jeſum.

¶ Poſtea legatur ſymbolum ſequens.

Q Uicūqꝫ vult ſaluus eſſe: ante oia opus eſt, vt teneat catholicaꝫ fidem. Q uā niſi quiſqꝫ integrā, inuiolatamqꝫ ſeruauerit: abſqꝫ dubio in eternum peribit. F ides aūt catholica hec eſt: vt vnum Deum in trinitate, ⁊ trinitateꝫ in vnitate veneremur. N eque confundentes pſonas: neqꝫ ſubſtantiā ſeparātes. A lia eſt enim perſona patris: alia filij, alia ſpiritus ſancti. S ed patris, ⁊ filij, ⁊ ſpūs ſancti, vna eſt diuinitas: equalis gloria, coeterna maieſtas. Q ualis pr̄, talis filius: talis

ſpiritus

pũs ſanctus. I ncreatus pater, increatus fi-
ius: increatus ſpũs ſanctus. I mmenſus pr̃,
mmenſus filius: immenſus ſpiritus ſanctus.
eternus pater, ęternus filius: ęternus ſpũs
anctus. E t tamen non tres ęterni: ſed vnus
ternus. S icut nõ tres increati: nec tres im-
nenſi: ſed vnus increatus, ⁊ vnus immenſus.
imiliter oĩpotens pr̃, omnipotẽs filius: oĩps
pũs ſanctus. E t tamen non tres omnipotẽ
es: ſed vnus omnipotẽs. I ta Deus pater,
Deus filius: Deus ſpũs ſanctus. E t tamen
õ tres dij: ſed vnus eſt Deus. I ta dñs pa-
er, dñs filius: dñs ſpiritus ſanctus. E t tamẽ
õ tres dñi: ſed vnus eſt dominus. Q uia ſi
ut ſingulatim vnãquãq; perſonã, Deum ac
dñm confiteri Chriſtiana veritate compelli-
mur: ita tres deos, aut dños dicere, catholi-
a religione prohibemur. P ater a nullo eſt
factus, nec creatus, nec genitus. F ili⁹ a pa-
re ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed geni-
us. S pũs ſanctus a patre, ⁊ filio: nõ factus,
nec creatus, nec genitus: ſed pcedẽs. V nus
ergo pr̃, non tres patres: vnus filius, nõ tres
ilij: vnus ſpũs ſanctus, non tres ſpũs ſancti.
t in hac trinitate, nihil prius aut poſterius,
nihil maius aut minus: ſed totę tres perſo-
nę, coęternę ſibi ſunt, ⁊ coęquales. I ta vt per
oia, ſicut iam ſupradictum eſt, ⁊ vnitas in tri-
nitate

nitate, ⁊ trinitas in vnitate veneranda ſit. Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de trinitate ſentiat. Sed neceſſariū eſt ad ęternaꝫ ſalutē: vt incarnationem quoqꝫ dñi noſtri Jeſu Chriſti fideliter credat. Eſt ergo fides recta, vt credamus, ⁊ confiteamur: q̄ dñs noſter Jeſus Chriſtus, Dei filius, Deus, ⁊ homo eſt. Deus eſt, ex ſubſtantia patris ante ſecula genitus, ⁊ homo eſt, ex ſubſtantia matris in ſeculo natus. Perfectus Deus perfectus homo: ex anima rationali ⁊ humana carne ſubſiſtēs. Aequalis patri, ſecūdū diuinitatē: minor patre, ſecundū humanitatē. Qui, licet Deus ſit, ⁊ homo: nō duo tamē, ſed vnus eſt Chriſtus. Unus aūt, nō cōuerſione diuinitatis in carnē: ſed aſſumptione humanitatis in Deū. Unus oīno, nō ꝯfuſione ſubſtāue: ſed vnitate pſonę. Nā ſicut anima rationalis, ⁊ caro, vnus eſt homo: ita Deus, ⁊ homo, vnus eſt Chriſtus. Qui paſſus eſt pro ſalute nr̄a, deſcēdit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Ad cuius aduētum, omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, ⁊ reddituri ſunt de factis proprijs rationē. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam ęternam; qui vero mala

la

am in ignem eternum. Hec eſt fides catho-
ica; quam niſi quiſque, fideliter, firmiterq̃z
crediderit; ſaluus eſſe non poterit.
Si anxiat adhuc aïa, dicant hi pſalmi. Ps.
Confitemini dño, qm̃ bonus, quo-
niam in ſeculum miſericordia eius.
Dicat nunc Iſrael qm̃ bonus, qm̃
in ſeculũ miſericordia eius. Dicat
nunc domus Aaron, qm̃ in ſeculũ miſericor-
dia eius. Dicãt nũc qui timẽt dñm, quoniã
n ſeculuz miſericordia ei⁹. De tribulatione
nnocaui dñm, ⁊ exaudiuit me in latitudine
dñs. Dñs mihi adiutor, non timebo quid
faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor, ⁊ ego
deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt cõfi-
dere in dño, q̃ confidere in hoïe. Bonum eſt
ſperare in dño q̃ ſperare i principibus. Oẽs
gentes circuierunt me, ⁊ in noïe dñi quia vl-
tus ſum in eos. Circundantes, circundede-
runt me, ⁊ in noïe dñi quia vltus ſum in eos.
Circũdederunt me ſicut apes, ⁊ exarſerũt
ſicut ignis in ſpinis, ⁊ in noïe dñi quia vltus
ſum in eos. Impulſus, euerſus ſuz vt cade-
rẽ: ⁊ dñs ſuſcepit me. Fortitudo mea, ⁊ laus
mea dñs, ⁊ factus eſt mihi in ſalutem. Vox
exultationis, ⁊ ſalutis, in tabernaculis iuſto-
rũ. Dextera dñi fecit virtutem, dextera dñi
exaltauit me, dextera dñi fecit virtutẽ. Non
 moriar,

moriar, ſed viuā, ⁊ narrabo opera dñi. C a-
ſtigans caſtigauit me dñs: ⁊ morti non tradi
dit me. A perite mihi portas iuſtitię, ⁊ ingreſ
ſus in eas confitebor dño: hęc porta dñi, iuſti
intrabunt in eā. C onfitebor tibi, qm̄ exaudi-
ſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutem. L apidē
quem reprobauerunt ędificantes: hic factus
eſt in caput anguli. A dño factum eſt iſtud, ⁊
eſt mirabile in oculis noſtris. H ęc dies, quā
fecit dominus: exultemus, ⁊ lętemur in ea.
O dñe ſaluum me fac, o dñe bene proſpera-
re: benedictus qui venit in nomine domini.
B enediximus vobis de domo dñi: Deus
dñs ⁊ illuxit nobis. C onſtituite diē ſolēnem
in condenſis: vſque ad cornu altaris. D eus
meus es tu, ⁊ cōfitebor tibi: Deus meus es
tu, ⁊ exaltabo te. C onfitebor tibi: qm̄ exaudi-
ſti me, ⁊ factus es mihi in ſalutem. C onfite-
mini domino quoniam bonus: quoniam in
ſeculum miſericordia eius.

B Eati immaculati ī via: q̄ ambulāt in le
ge dñi. B eati qui ſcrutant̄ teſtimonia
eius: in toto corde exquirūt eum. N on enim
qui operant̄ iniquitatē: in vijs eius ambula-
uerunt. T u mandaſti mandata tua: cuſtodi-
ri nimis. V tinam dirigant̄ vię meę: ad cu-
ſtodiendas iuſtificationes tuas. T unc nō cō-
fundar: cū ꝑſpexero in oībus mandatis tuis.

C on-

Confitebor tibi in directione cordis: in eo q̄
didici iudicia iuſtitie tue. Iuſtificationes tuas
cuſtodiam: nō me derelinquas vſquequaque.
In quo corrigit adoleſcentior viam ſuã? in
cuſtodiendo ſermones tuos. In toto corde
meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis
tuis. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt
non peccem tibi. Benedictus es dn̄e: doce
me iuſtificationes tuas. In labijs meis: pro-
nunciaui oīa iudicia oris tui. In via teſtimo
niorum tuorum delectatus ſum: ſicut in oibus di-
uitijs. In mandatis tuis exercebor: et conſi-
derabo vias tuas. In iuſtificationibus tuis
meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.
Retribue ſeruo tuo, viuifica me: et cuſto-
diam ſermones tuos. Reuela oculos
meos, et cōſiderabo mirabilia de lege tua. In
cola ego ſum in terra: nō abſcōdas a me mā-
data tua. Concupiuit aia mea deſiderare iu
ſtificationes tuas: in oī tēpore. Increpaſti ſu-
perbos: maledicti qui declinant a mandatis
tuis. Aufer a me opprobriū, et contemptum:
qa teſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederūt
principes, et aduerſum me loquebantur: ſeruus
autē tuus exercebat in iuſtificationibus tuis.
Nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt: et
conſilium meum iuſtificationes tue. Adheſit
pauimento anima mea; viuifica me ſm ver-

bum tuum. Vias meas enunciaui, ꝛ exaudiſti me, doce me iuſtificationes tuas. Viaꝫ iuſtificationum tuarũ inſtrue me, ꝛ exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit aia mea p̄ tędio, cõfirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue a me, ꝛ de lege tua miſerere mei. Viam veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus. Adhęſi teſtimonijs tuis domine, noli me confundere. Viam mandatorum tuorũ cucurri, cum dilataſti cor meum.

LEgem pone mihi dñe viã iuſtificationum tuarum, ꝛ exquirã eã ſemp. Da mihi intellectũ, ꝛ ſcrutabor legẽ tuã, ꝛ cuſtodiã illã in toto corde meo. Deduc me in ſemitã mandatorũ tuorum, quia ipſam volui. Inclina cor meũ in teſtimonia tua, ꝛ non in auaritiam. Auerte oculos meos, ne videãt vanitatem, in via tua viuifica me. Statue ſeruo tuo eloquium tuuꝫ: in timore tuo. Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda. Ecce concupiui mãdata tua; in ęquitate tua viuifica me. Et veniat ſuper me miſericordia tua dñe, ſalutare tuum ſm̃ eloquium tuũ. Et reſpõdebo exprobãtibus mihi verbũ, quia ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vſqꝫquaqꝫ, quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. Et cuſtodiam legeꝫ tuam

ſemꝑ, in ſeculū ꝛ in ſeculū ſeculi. Et ambula-
bam in latitudine; quia mandata tua exquiſi
ui. Et loquebar de teſtimonijs tuis in con-
ſpectu regū, ꝛ non confundebar. Et medi-
tabar in mandatis tuis, quę dilexi. Et leua-
ui manus meas ad mandata tua quę dilexi,
ꝛ exercebor in iuſtificationibus tuis.
Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo
mihi ſpem dediſti. Hęc me conſolata
eſt in humilitate mea, quia eloquium tuū vi-
uificauit me. Superbi inique agebant vſque-
quaqꝫ, a lege aūt tua non declinaui. Memor
fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſeculo dñe, ꝛ conſolatus
ſum. Defectio tenuit me, pro peccatoribus
derelinquentibus legem tuam. Cantabiles
mihi erāt iuſtificationes tuę, in loco pegrina-
tionis meę. Memor fui nocte nois tui dñe,
ꝛ cuſtodiui legem tuam. Hęc facta eſt mihi,
qꝛ iuſtificationes tuas exquiſiui. Portio mea
domine, dixi cuſtodire legem tuā. Depreca-
tus ſum faciē tuam in toto corde meo, miſere-
re mei ſm eloquium tuum. Cogitaui vias
meas, ꝛ conuerti pedes meos, in teſtimonia
tua. Paratus ſum, ꝛ non ſum turbatus, vt
cuſtodiam mandata tua. Funes peccatoꝝ
circumplexi ſunt me, ꝛ legem tuam non ſum
oblitus. Media nocte ſurgebam ad confitē-
dū tibi, ſup iudicia iuſtificationis tuę. Parti-

ticipes ego ſuꝫ oium teſtimoniũ tē, ⁊ cuſtodiē
tiuꝫ mandata tua. Miſericordia tua dñe ple
na eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Bonitatem feciſti cuꝫ ſeruo tuo dñe: ſm
verbum tuum. Bonitatē ⁊ diſciplinā,
⁊ ſcientiam doce me: quia mādatis tuis cre-
didi. Priuſquam humiliarer ego deliqui: p-
pterea eloquium tuuꝫ cuſtodiui. Bonus es
tu: ⁊ in bonitate tua doce me iuſtificationes
tuas. Multiplicata eſt ſup me iniquitas ſu-
perborum: ego auteꝫ in toto corde meo, ſcru-
tabor mandata tua. Coagulatū eſt ſicut lac
cor eorum: ego vero legem tuam meditatus
ſum. Bonū mihi, quia humiliaſti me: vt di-
ſcaꝫ iuſtificationes tuas. Bonū mihi lex oris
tui: ſuper millia auri ⁊ argenti. Manus tuę
dñe fecerunt me, ⁊ pſalmauerūt me: da mihi
intellectum, vt diſcam mandata tua. Qui ti-
ment te, videbunt me, ⁊ lętabuntur: quia in
verba tua ſuperſperaui. Cognoui dñe, quia
equitas iudicia tua: ⁊ in veritate tua humilia
ſti me. Fiat miſericordia tua, vt conſoletur
me: ſecundum eloquium tuuꝫ ſeruo tuo. Ve
niant mihi miſerationes tuę, ⁊ viuam: quia
lex tua meditatio mea eſt. Confundantur ſu-
perbi, qa iniuſte iniquitatē fecerūt in me: ego
aūt exercebor in mandatis tuis. Conuertan
tur mihi timentes te, ⁊ qui nouerunt teſtimo
nia

nia tua. F iat cor meuz immaculatum in iu-
ſtificationibus tuis:vt non confundar.
D Efecit in ſalutare tuū anima mea,⁊ in
verbū tuuz ſuperſperaui. D efecerunt
oculi mei in eloquiuz tuum:dicentes,quando
cōſolaberis me. Q uia factus ſum ſicut vter
in pruina: iuſtificationes tuas non ſum obli-
tus. Q uot ſunt dies ſerui tui: qn̄ facies de
perſequentibus me iudiciū? N arrauerunt
mihi iniqui fabulationes:ſed non vt lex tua.
O mnia mandata tua veritas:iniqui perſecu
ti ſunt me,adiuua me. P aulominus cōſum-
mauerunt me in terra: ego autē non dereliq
mandata tua. S ecundū miſericordiam tuaz
viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris tui.
I n ęternum dn̄e: verbum tuum permanet
in cęlo. I n generatione ⁊ generationez ve-
ritas tua: fundaſti terrā ⁊ permanet. O rdi-
natione tua perſeuerat dies: qm̄ omnia ſer-
uiunt tibi. N iſi q lex tua meditatio mea eſt:
tunc forte periſſem in humilitate mea. I n
ęternum nō obliuiſcar iuſtificationes tuas:q
in ipſis viuificaſti me. T uus ſum ego, ſaluuz
me fac: quoniā iuſtificationes tuas exquiſiui.
M e expectauerūt peccatores vt perderēt me:
teſtimonia tua intellexi. O is cōſummationis
vidi finem:latuz mandatū tuū nimis.
Q uomodo dilexi legem tuaz dn̄e: tota

die meditatio mea eſt. S up inimicos meos
prudentem me feciſti mandato tuo, quia in
eternum mihi eſt. S uper omnes docentes
me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio
mea eſt. S uper ſenes intellexi, quia man-
data tua queſiui. A b omni via mala probi-
bui pedes meos, vt cuſtodiam verba tua.
A iudicijs tuis non declinaui, qa tu legez po
ſuiſti mihi. Q uã dulcia faucib⁹ me eloquia
tua, ſuper mel ori meo. A mandatis tuis in
tellexi, ppterea odiui oẽm viam iniquitatis.
L ucerna pedibus meis verbuz tuum, ⁊ lu-
men ſemitis meis. I uraui, ⁊ ſtatui cuſtodire
iudicia iuſtitie tue. H umiliatus ſum vſque-
quaqz dñe, viuifica me ſm verbuz tuũ. V o-
luntaria oris mei bñplacita fac dñe, ⁊ iudicia
tua doce me. A nima mea in manibus meis
ſemper, ⁊ legez tuaz non ſum oblitus. P o-
ſuerunt pcõres laqueũ mihi, ⁊ de mandatis
tuis nõ erraui. H ereditate acqſiui teſtimo-
nia tua in eternũ, qa exultatio cordis mei ſũt.
I nclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatio-
nes tuas in eternum, propter retributionem.
I Niquos odio habui, ⁊ legem tuã dile-
xi. A diutor ⁊ ſuſceptor meus es tũ, ⁊
in verbum tuum ſuperſperaui. D eclinate a
me maligni, ⁊ ſcrutabor mandata Dei mei.
S uſcipe me ſm eloquiũ tuũ ⁊ viuaz, ⁊ nõ con

fundas me ab expectatione mea. Adiuua
me et ſaluus ero, et meditabor in iuſtificatio-
bus tuis ſemp. Spreuiſti oēs diſcedētes a iu
diciis tuis, qa iniuſta cogitatio eoꝝ. Preuari
cātes reputaui oēs peccatores terre, ideo di-
lexi teſtimonia tua. Confige timore tuo car-
nes meas, a iudiciis eniȝ tuis timui. Feci
iudiciū et iuſtitiā, non tradas me calūniāti-
bus me. Suſcipe ſeruū tuum in bonum, non
calumnientur me ſuperbi. Oculi mei defe-
cerunt in ſalutare tuum, et in eloquium iuſti-
tie tue. Fac cum ſeruo tuo ſecundū miſeri-
cordiā tuam, et iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum,
vt ſciam teſtimonia tua. Tempus faciendi
dn̄e, diſſipauerunt legem tuam. Ideo dilexi
mandata tua, ſuper aurū et topazion. Pro-
pterea ad omnia mādata tua dirigebar, om-
nem viam iniquam odio habui.

Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata
eſt ea anima mea. Declaratio ſermo-
nū tuorū illūminat, et intellectū dat paruulis.
Os meum aperui, et attraxi ſpiritū, quia mā
data tua deſiderabam. Aſpice in me et miſe
rere mei, ſecundum iudiciū diligentium no-
men tuū. Greſſus meos dirige ſm eloquiū
tuū, et non dominet mei oīs iniuſtitia. Re-
dime me a calumniis hoīum, vt cuſtodiam

mandata tua. F aciē tuam illumina ſup ſer
uum tuum: ⁊ doce me iuſtificationes tuas:
E xitus aquarū deduxerunt oculi mei: quia
non cuſtodierunt legeʒ tuaʒ. I uſtus es dn̄e,
⁊ rectuʒ iuditiuʒ tuū. M andaſti iuſtitiā teſti-
monia tua: ⁊ veritatē tuam nimis. T abeſce-
re me fecit ʒelus meus: quia obliti ſunt ver-
ba tua inimici mei. I gnitū eloquiū tuum ve
hementer: ⁊ ſeruus tuus dilexit illud. A do-
leſcentulus ſum ego, ⁊ contēptus: iuſtificatio-
nes tuas non ſum oblitus. I uſtitia tua iuſti
tia in ęternū: ⁊ lex tua veritas. T ribulatio ⁊
anguſtia inuenerunt me: mādata tua medita
tio mea eſt. A equitas teſtimonia tua in ęter
num: intellectum da mihi ⁊ viuam.

C Lamaui in toto corde meo exaudi me
dn̄e: iuſtificationes tuas requirā. C la-
maui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiā man-
data tua. P reueni in maturitate ⁊ clamaui:
quia in verba tua ſupſperaui. P reuenerunt
oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloqa
tua. V ocem meam audi ſm miſericordiam
tuam dn̄e: ⁊ ſm iudicium tuum viuifica me.
A ppropinquauerunt perſequentes me ini-
quitati: a lege autem tua lōge facti ſunt. P ro
pe es tu dn̄e, ⁊ omnes vię tuę veritas. I ni-
tio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in ęter-
num fundaſti ea. V ide humilitatē meam ⁊

eripe me: quia legez tuam non ſum oblitus. Iudica iudicium meum ꝛ redime me: propter eloquium tuum viuifica me. Longe a peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. Miſericordię tuę multę domine: ſecunduz iudiciũ tuum viuifica me. Multi qui perſequuntur me ꝛ tribulãt me: a teſtimonijs tuis non declinaui. Uidi pręuaricantes ꝛ tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt. Uide quoniam mandata tua dilexi domine, in miſericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas: in ęternum omnia iudicia iuſtitię tuę.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis, ꝛ a verbis tuis formidauit cor meũ. Letabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. Iniquitatẽ odio habui ꝛ abominatus ſum: legem autem tuã dilexi. Septies in die laudez dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitię tuę. Pax multa diligentibus legẽ tuaz, ꝛ non eſt illis ſcandalum. Expectabam ſalutare tuum domine, ꝛ mandata tua dilexi. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, ꝛ dilexit ea vehemẽter. Seruaui mãdata tua ꝛ teſtimonia tua: quia omnes vię meę in conſpectu tuo. Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret poſtulatio

tio mea in conſpectu tuo, ſm eloquium tuum
eripe me. Eructabunt labia mea hymnum,
cum docueris me iuſtificationes tuas. Pro-
nunciabit lingua mea eloquium tuum; quia
omnia mandata tua ęquitas. Fiat manus
tua vt ſaluet me; quoniam mandata tua ele-
gi. Concupiui ſalutare tuum dñe; ⁊ lex tua
meditatio mea eſt. Viuet anima mea ⁊ lau
dabit te, ⁊ iudicia tua adiuuabũt me. Erra-
ui ſicut ouis quę periit; quęre ſeruum tuum
quia mandata tua non ſum oblitus.

Oratio ad dñm noſtrum Jeſum Chriſtũ quando anima anxiatur.



O Suauiſſime domine Je
ſu Chriſte beatorum re-
quies, ⁊ oĩum in te ſperantium
iocundiſſima ſalus, qui in noc-
te paſſionis tue ad patrem ſic
oraſti. Pr, ſi poſſibile eſt, trãſeat
a me calix iſte; verũtamen non
mea voluntas, ſed tua fiat, ⁊ in illa hora in tãta
anguſtia fuiſti, vt de precioſo corpore tuo, ſãguis
efflueret. Deprecamur te bone Jeſu, quatenus
ſolita pietate tua adiuues aiam huius famuli
tui, vt p delictis ⁊ offenſionibus q̃ commiſit,
terreatur ⁊ moueatur ad veram penitẽtiã, vt
in hac extrema hora, in occurſu aduerſarii,
nõ paueat, aut in aduẽtu ⁊ aſpectu tuo, iudex
tremen-

tremende, accuſante cõſcientia nõ contremi-
ſcat, ſed potius faciẽ tuã in iubilo vidẽs, dele
ctet; pręſtante te dñe Ieſu Chriſte, qui tua
paſſione nos redemiſti. Amen. Oratio.

O Dulciſſime dñe Ieſu Chriſte miſeri-
cordiarũ pater, ꝛ totius conſolationis
Deus, q in nocte tuę paſſionis ab apoſtolis
derelictus fuiſti, ꝛ inter hoſtes tuos, ſolus re-
manſiſti, ſupplicamus tibi dñe Ieſu, vt nunc
in obitu huius ſerui tui, animã eius non de-
relinquas in manibus dęmonũ, ſed ad locũ
quietis, ꝛ tuę beatiſſimę viſionis, ipſam per
tuę mortis virtutem, perducas. Amen. Orõ.

O Sacratiſſime dñe Ieſu ſaluatoꝛ mũdi,
qui ob peccata noſtra abolenda, crude
liter verberari, ſpinis turpiter coꝛonari, ab
ęmulis tuis enoꝛmiter deludi, ꝛ in cruce nu-
dus, vt latro ignominioſe affigi voluiſti: Exo
ramus te dñe Ieſu per has paſſiones tuas,
vt animam huius famuli tui in extremis la-
boꝛantis, vera contritione in peccatoꝛũ com-
miſſoꝛum doloꝛe verberes; ꝛ vero timoꝛe coꝛ-
rones, ꝛ in cruce tua oẽs eius mẽtales ſenſus
crucifigas; quatenus ſic totus a te ſpũaliter
vulneratus, tuoꝛum vulnerum merito om-
nium delictoꝛum ſuoꝛum veniam conſequa-
tur, ꝛ ad gaudia cęleſtia peruenire merea-
tur. Amen. Oratio.

O piiſſime

O Piiſſime domine Jeſu rex ſeculorum, qui in cruce exiſtens, pro tuis crucifixoribus patrem rogaſti, dicens. Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt, deprecamur maieſtatem tuã domine Jeſu, vt in mẽte huius ſerui tui, tuę orationis affectum renouare digneris, quaten⁹ omnes eius offenſas illi dimittas, ⁊ ſicut tunc exauditus fuiſti, ſic nunc cum patre, nos pro illo exorantes, exaudire digneris, Neſcit enim quid faciat dum ex fidei tarditate tepidus coram te exiſtit. Exoramus te bone Jeſu, vt in hoc obitu ſuo, oĩa peccata illi dimittas, ⁊ ꝑ tuę ſacratiſſimę paſſionis meritũ, ad angeloꝝ ſocietatez eum clementer perducas. Amen. Oratio.

O Glorioſiſſime dñe Jeſu, dulcedo angeloruz, qui in cruce pro nobis pendens, veram fidei lucem in cor latronis infudiſti, vt te verum Deum, ⁊ hominem cognoſceret, dum clamauit. Memento mei domine, duz veneris in regnum tuũ, maieſtatẽ tuam ſuppliciter exoramus, vt in famulo tuo in extremis laborante, venerabile fidei ſacramẽtũ cõſeruare digneris, quatenus tua ſacratiſſima paſſione mediãte, ſic in aĩaz eius tuũ amorez imprimas, vt in ſuo obitu, tuo ardentiſſimo amore, ab immundis ſpiritibus liberet̃, ⁊ ad tuã beatã gloriã iubiloſe ꝑducat̃. Amẽ. Oĩo.

O cle-

O Clementiſſime dñe Jeſu, verbũ ęterni pr̄is, ac filius glorioſę virginis Marię, qui mundum viſibiliter deſerens, ⁊ maternę ſolicitudini compatiens, ei dilectuꝫ diſcipulum in filium adoptaſti, ſupplicamus humiliter maieſtati tuę, per merita paſſionis tuę, ꝑ preces ⁊ merita eiuſdeꝫ matris tuę, ⁊ dilecti diſcipuli tui, quaten⁹ digneris in aiaꝫ huius ſerui tui ſpiritũ tuę charitatis infundere, quo tibi coheres Deo patri adoptet in filiũ. Mitte queſo de throno glorię tuę curam huius aię, quatenus in mortis agone aſpectus dęmonũ nõ paueat, ſed in te lęta mente confidens, animã eius clemẽter ſuſcipias, ⁊ ad cęleſtem gloriaꝫ, deducẽte ſacratiſſima matre tua, peruenire valeat. Amen. Oratio.

O Sacratiſſime dñe Jeſu, corona certantium: qui in cruce pro nobis pendens, docuiſti nos compendioſe in noſtris extremis orare, dum tu nobis exempluꝫ tribuẽs clamaſti. Pater in manus tuas cõmẽdo ſpiritum meum, exoramus maieſtatẽ tuã, quatenus in virtute ſpũs ſancti, eandem digneris orationem in corde huius famuli tui imprimere, vt eam perſonet, ⁊ in hac eius extrema hora, illius ſentiat effectum, in tuas ſacratiſſimas manus animam ſuam humiliter recommendo. Amen. Oratio.

O miſe-

O Miſericordiſſime domine Jeſu, reparator humani generis, q̃ in die paſſionis tuę in neruorum, ⁊ oſſium contractione, pęnam acerbiſſimam ſenſiſti, ⁊ pretioſiſſimum caput tuum ſpinarum denſitate punctū fuit; ⁊ latus tuum lancea perforatum extitit, vnde fluxerunt ſanguis ⁊ aqua. Deprecamur maieſtatem tuam, quatenus animā huius famuli tui, virtutum luminoſo ſplendore illuſtres, ⁊ tribuas illi, tuarū acerbitatis ſpinarū meritū, de offenſis ab eo tibi illatis vehemēter dolere, ⁊ pęnam habere, vt omnia eius delicta, tuę pretio ſacratiſſimę paſſionis deleantur, ⁊ ad angelorum ſocietatem, te trahente, peruenire valeat. Amen. Oratio.

O Glorioſiſſime dñe Jeſu, per agoniam, ⁊ orationē tuā ſanctiſſimā, qua pro nobis oraſti in monte oliueti, quādo ſudor tu⁹ factus eſt ſicut guttę ſanguinis decurrētis in terrā, obſecramus te, vt multitudinē ſudoris tui ſanguinei offerre, ⁊ oſtēdere digneris Deo patri omnipotēti, cōtra multitudinē oīum peccatorū hui⁹ famuli tui: ⁊ libera eū nūc in obitu ſuo ab oībus anguſtijs, quas pro peccatis ſuis ſe meruiſſe cognoſcit. Amen. Oratio.

O Clementiſſime domine Jeſu, qui pro nobis in Cruce mori dignatus es, deprecamur te, quatenus omnes amaritudines,

⁊ paſſio-

⁊ paſſiones tuas, quas ꝑ nobis miſeris pctõri
bus in Cruce ſuſtinuiſti, ⁊ pręſertim in illa
hora, quando anima tua ſanctiſſima de cor-
pore tuo ſacratiſſimo egreſſa eſt, offerre, ⁊ oſtē
dere digneris Deo patri omnipotenti, con-
tra omnes pęnas, ⁊ paſſiones huius ſerui
tui, ⁊ libera eum in hoc obitu ſuo, ab omni-
bus pęnis, ⁊ paſſionibus, quas pro peccatis
ſuis ſe meruiſſe timet. Amen. Oratio.

O Miſericordiſſime dñe Jeſu, qui ꝑ os
prophetę dixiſti, in charitate perpetua
dilexi te, ideo miſerans tui, attraxi te. Sup-
plicamꝰ tibi, quatenus eandē charitatē, q̃ de
cęlis ad terram te traxit ad omniũ paſſionũ
tuarũ tolerantiam, offerre, ⁊ oſtendere digne
ris Deo patri omnipotēti, cõtra omnes huiꝰ
famuli tui paſſiones, ⁊ pęnas, quas pro pecca
tis ſuis ſe meruiſſe arbitrat, ⁊ animā eius in
hoc obitu ſuo ſalua. Aperi illi o dulciſſime
dñe Jeſu pater miſericordiarũ, ianuam vitę,
⁊ regni cęlorũ, ⁊ ipſaꝫ in regno tuo fac gaude
re cũ omnibus ſanctis tuis. Amen. Oratio.

Pyiſſime dñe Jeſu, Dei ⁊ hominũ me
diator, qui pro ſalute noſtra pęnas no-
bis debitas in tuo paſſibili corpore ſuſtinui-
ſti, ⁊ vt grauiores pęnarũ amaritudines guſta
res, ſpõte voluiſti in hora tuę paſſionis a tua
humanitate dulcedinem vnitę tibi deitatis

 ſubtra-

ſubtrahere: dū clamaſti. Eloy Eloy, lāma ſabactani. Oramus clemētiam tuā: quatenus ſuauiſſime dñe Jeſu, huius ſerui tui animam protegendo, tua ſuaui conſolatione letifices, nā ſi ipſum, ipſe paſtor deſeris: mox aduerſarius tuus in ipſum irruet, et occidet. Si propter demerita ſua tribulari et deſeri meret, queſumus ſuauiſſimā bonitatē tuā: ne illum aduerſarijs tradas, diffidentia, et deſperatione tenebris tribulandū, nec inſenſibilem ad gratiam facias: ſed pro charitatis tue gratia uinēs, et tue abſentie amaritudinē ſentiēs: pia voce gemendo ad te clamet. Deus meus, Deus meus: vt qd dereliquiſti me: Tu autē piiſſime pr, et paſtor: tua ſuaui pietate ſubueni, quē precioſo ſanguine tuo redemiſti: nec tua gratia diu ipſū in hoc obitu patiaris affligi: donec ad celeſtē patriā tuorū merito dolorum clementer perducas. Amen. Oratio.

O Suauiſſime dñe Jeſu, Dei, et hōium mediator: qui inter cetera tormenta, q̄ in Cruce tuliſti corporaliter, ſitire voluiſti vehemēter: dum clamaſti. Sitio. Deprecamur maieſtatem tuā: quatenus animā huius ſerui tui: illo nunc igne digneris vrere: quē in terris mittere veniſti: quo cunctis vitijs deſiccatis, illius anima, et caro, charitatis tue igne ſuccenſa, te ſolum ſitiat, te diligat, te querat,

repe-

reperiat, ⁊ fruatur: ⁊ ipſaꝫ ad ęternam bene dictionem ſanctiſſimę paſſionis tuę merito, iubiloſe digneris adducere. Amen. Oratio.

O Sacratiſſime dñe Ieſu, omne bonum conſummans: qui cũ acetũ guſtaſti, dixiſti. Conſummatũ eſt: ⁊ inclinato capite ſpiritum emiſiſti. Obſecramus maieſtatem tuã pro aĩa famuli tui in extremis exiſtẽtis: quatenus gratię tuę dulcedinem, ⁊ ſplendidũ fidei lumen infundas illi: vt extremam horã in ſanctę charitatis tuę brachijs finire, ⁊ tibi dicere valeat. Ecce clemẽtiſſime dñe Ieſu nũc ad te venio: tua ſuaui voce iube ſuſcipi ſpũm meum in ęternam claritatem. Amen. Orõ.

O Clementiſſime dñe Ieſu, ſolamen miſeroꝝ: qui peccata noſtra in tuo corpore portaſti. Vere tu es Deus, qui dolores noſtros tuliſti, ⁊ a perpetua morte nos liberaſti: quia in ſacratiſſimo corpore tuo, a planta pedis vſqꝫ ad verticeꝫ non fuit in te ſanitas, ⁊ qui eras pręfilijs hominuꝫ ſpecioſus, quaſi leproſus reputatus fuiſti, deprecamur ſuauiſſimam charitatem tuam, quatenus omnia huius ſerui tui peccatorum vulnera ſanes, vt omnibus vitijs emundatus ad te clementiſſimum patrem, ⁊ dominum, ſpirituali ſolamine roboratus, lętanter peruenire valeat, ⁊ qui tuo pretioſiſſimo ſanguine eſt redẽptus:

⁊ tue paſſionis inſignia geſtat: ad glorioſiſſimā viſionem tuam; omnium paſſionum tuarum merito, cuꝫ comitantibus ſanctis angelis deducere digneris. Amen. Oratio.



O Maria beatiſſima, propter illius terroris commotionem, quo coꝛ tuum contremuit; quando filium tuum dulciſſimum dominuꝫ noſtrū Jeſum Chriſtum filium Dei viui ab impijs captuꝫ, ligatū, ad ſupplicia tractū, ⁊ ab omnibus derelictū eſſe audiſti. Adiuua nunc ſeruuꝫ tuum in extremis laborantē, quatenus de preteritis delictis, verā contritionē habeat, ⁊ doloreꝫ. Et illius coꝛ illuſtratum ſuperno ſplendoꝛe, ſit in feruida penitentia, ne foꝛte in hoc obitu ſuo, in occurſu aduerſarij paueat, aut in aduētu, ⁊ aſpectu tremendi iudicij, accuſante conſcientia, contremiſcat: ſed potius precibus tuis interuenientibus, ipſius faciem in iubilo vidēs delectetur. Amen. Oratio.

O Uirgo dulciſſima Dei genitrix Maria, pꝛopter planctus, ⁊ lacrymās, quibus afficiebaris: quando filium tuum dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium Dei viui vidiſti preſentari: ab iniquis innocenter accuſari: ⁊ oppꝛobꝛijs affici. Impetra huic famulo

mulo tuo lacrymarum gratiam, & ſacrę fidei indelebile lumen; quo offenſionis maculas abluere valeat. Et tu mater glorioſa, eum nūc adiuua, ne Sathanas ipſi illudere poſſit, ac diuerſis tentationibus pro libito ſuo flagellare, deuictumq; reum ſtatuere terribili iudici, ſed potius ſeipſum in lumine fidei iudicet in preſenti, ac diſciplinis verę pęnitentię deuote flagellet. Amen.

O Maria ſuauiſſima dei genitrix: ob cruciatus, & anguſtias, quas ſuſtinuit cor tuum, quādo filius tuus dominus noſter Jeſus Chriſtus, filius Dei viui, clamantibus Judeis, crucifige, morti adiudicatus, & crucis ſupplicio cōdemnatus eſt. Subueni piiſſima mater huic ſeruo tuo in extremis laboranti, quia corpus illius dolore infirmitatis torquetur: & anima hinc per dęmonum inſidias, hinc per terrorem diſcretę diſcuſſionis anguſtiat: ſubueni inquam ſuauiſſima domina, ne ęternę mortis ſententia contra illum feratur, aut flammis ęternalibus tradatur perpetuo cruciandus, verum te pro ipſo intercedente, ad cęleſtem gloriā potius peruenire mereatur. Amen. Oratio.

O Virgo clemētiſſima dei genitrix Maria, ob illius doloris gladium, qui tuā feliciſſimam animā pertranſiuit, quādo cerne

bas filiuꝫ tuũ delicatiſſimũ dñm nr̃m Jeſuꝫ Chriſtuꝫ filiuꝫ Dei viui nudũ, in cruce leuatũ, clauis perforatuꝫ, cruore perfuſuꝫ, ac plagis, ⁊ vulneribus laceratũ. Adiuua nũc beatiſſima dña animã famuli tui: vt cõpaſſionis gladius eã pfodiat diuini timoris: ⁊ amoris lãcea vulneret, vt omnis peccati ſanguis noxius a pectore ſuo effluat, vitijſqꝫ mundetur, ⁊ diuinis virtutibus decoretur: quatenus deſiderio, ⁊ toto affectu terrena deſpiciẽs: ad cęleſtia ſubleuetur: ad quę te deducente, iubiloſe peruenire mereatur. Amen. Oratio.

O Maria Virgo ſanctiſſima, ob tormẽtũ, ⁊ grauamen, quod cor tuum ſuſtinuit, quãdo filiũ tuũ ſanctiſſimũ dñm nr̃m Jeſum Chriſtũ filiuꝫ Dei viui, prę dolore voce magna clamantem; ⁊ te matrẽ dilectã Johanni cõmendantẽ, ⁊ deficientẽ attendebas: ita vt prę nimio doloris gladio vulnerata, loq non poſſes. Subueni glorioſa domina, huic famulo tuo, quia lingua eius ad te inuocanduꝫ ſe mouere non poteſt, oculi eius lumine priuantur, aures eius ſurdeſcunt, ⁊ obturantur, omneſqꝫ vires, ac ſenſus deficiũt. O pijſſima mater, exaudi preces noſtras, quas ad aures tuę pietatis fundimus, ⁊ ſubueni ſibi in hoc obitu ſuo: ac ſuauiſſimo filio tuo, eius ſpũm cõmenda, quatenus tuo pio interuentu, a terroribus,

roribus, ⁊ tormentis eruatur: ⁊ ad deſideratam cęleſtis patrię requiem, te comitāte, iubiloſe peruenire mereatur. Amen. Oratio.

O Maria virgo caſtiſſima, ob acerbi eiulatus planctū, quē de profundo pectoris erūpente, abſcondere non valebas: qn̄ in amplexum filij tui ruebas, cuius genas ante nitentes, ⁊ ora rutilantia, mortis palloribus perfundi conſpiciebas: auxiliare ſuauiſſima domina noſtra huic ſeruo tuo: quatenus de delictis cōmiſſis ſic doleat, vt anima ei⁹ melliflui osculis, ⁊ amoroſis amplexibus domini noſtri Jeſu Chriſti in cęlorum beatiſſimo regno digne valeat perfrui. Amen. Oratio

O Maria virgo glorioſiſſima, ob ſingultus, ⁊ ſuſpiria, indicibiliaq; lamēta, q̄bus afficiebaƭ cor tuū: qn̄ cernebas filiū tuum dn̄m nr̄m Jeſum Chriſtū, filiū Dei viui, aię tuę vnicū ſolatiū ſepeliri. Adiuua o ſacratiſſima dn̄a noſtra, aiā ſerui tui, in hac lacrymarum valle laborantē: vt cū de corpore egreſſa fuerit, tuis ſuffragātibus meritis, cū coruſco claritatis lumine, te comitāte, dn̄o noſtro Jeſu Chriſto glorificāda pręſentetur. Amē.

TE ſumma Deus Trinitas, oipotens ęterne Deus, q es ſemp, ⁊ p oia De⁹ benedictus in ſecula, quē omnis ſpiritus laudat: ſuppliciter

exoramus, quatenus per meritum illius ineffabilis, ⁊ excellentiſſime charitatis, qua dilectiſſimus filius tuus dñs noſter Jeſus Chriſtus homo fieri dignatus eſt: qua etiam pro ſalute noſtra, vincula, opprobria, cõuitia, flagella, ſputa, alapas, coronam, ac immaniſſimam mortem amoroſe paſſus eſt: ac etiam per meritũ glorioſiſſimę, ⁊ beatiſſimę virginis Marię, ⁊ omnium ſanctorum, qui tibi ab initio mũdi placuerunt: nec non per virtutem clauium ſpiritualium: quas clementiſſime bone Jeſu eccleſię tuę miniſtris tradidiſti, vt huic famulo tuo in extremis laboranti, miſericorditer indulgere digneris omnia peccata ſua, quę ab hora ſacri baptiſmatis, vſq; ad p̃ſens, quoquo modo malitia, miſeria, ignorãtia, ac fragilitate cõmiſit. Et ipſum p̃ ſanctas indulgẽtias, ⁊ abſolutiones, ex theſauris tuę immenſę charitatis indultas, reddere digneris in illa puritate, innocentia, ac ſpirituali claritate, quas in baptiſmate donare dignatus es. Dignare ẽt ſuauiſſime dñe Jeſu, ab omni aſpectu, ⁊ errore dęmonũ ipſum tueri: ⁊ propter glorioſi nõis tui honorem, ipſum in conſpectu diuine maieſtatis tuę gratũ reddere, quatenus dulciſſime pater, ac amabiliſſime redẽptor bone Jeſu: merito oĩum ſanctorum tuorũ, ⁊ p̃ſertim ſacratiſſimę paſſionis tuę animam

eius in vlnas ſanctę charitatis tuę cleméter ſuſcipias: te peréni iubilo i cęloꝝ beatiſſimo regno ęternaliter fruiturum. Amen. Oratio.

D Omine Deus oipotés, q trinus ꝛ vn᷒ es, tua eximia cōpulſi charitate te humiliter exoramus pro anima ſerui tui, nunc in extremis laborātis: quam ſacratiſſime dñe cōmendamus pijſſimę oipotentię tuę: vt illā ab aſpectu, ꝛ terrore demonum cuſtodias, ꝛ tuearis: ne in deſperationē labat: ne diffidentię tentationibus obnubiletur: ac pręteritarū culparum recordatione maculet: exaudi nos dñe glorioſe, tuā ſuauiſſimā bonitatem interpellantes pro illa. Et exaudi p orationes patiarcharū: per merita prophetarum: p ſuffragia apoſtoloꝝ: per victoriam martyrū: per fidem confeſſoꝝ: per caſtitatem virginū: p deuotā interceſſionem omniū qui tibi ab initio placuerunt. Suauiſſime dñe, ab ipſa anima expelle iactantiā, ꝛ cōpunctionē tribue, ſuperbiam minue: ꝛ perfice humilitatē: lętum ſuſcita: ꝛ cor eius mollifica: ab oibus inſidijs inimici illaꝫ clementer libera: ꝛ in lumine fidei cōſerua: lumēqꝫ gratię tuę infunde illi: vt de omnibus peccatis ſuis verā contritionem obtineat. Clementiſſime dñe, oia deſideria mala tolle ab ipſa, ꝛ oia diaboli tela ignea extingue, dona illi lachrimas ex tuo ardenti affe-

affectu: quę peccatoꝝ ſuoꝝ diſſoluant vincu-la. Audi dñe quę petit, ⁊ celeriter exaudi. Si deſpicis, prorſus perit: ſi proſpicis viuit: ſi iuſtitiã requiris, ante te mortua fętet: ſi cũ miſericordia reſpexeris, ipſam peccatis fętentem de deſperationis baratro ſuſcites. Quod in ea odis, longe fac ab ipſa: ⁊ ſpũm tuę ſpũalis lętitię illi tribue: bone Jeſu animę eius parce, ⁊ malis criminibus, ⁊ peccatis. Uiſita illũ infirmum, ęgrotum cura, ſana languidum. Dñe Jeſu, da illi cor, quod timeat te: ſenſum qui te intelligat, ⁊ oculos ſpirituales, qui videant te. Dñe Jeſu, miſerere illi, ⁊ de maieſtatis tuę ſede clemẽter reſpice, ⁊ animę eius tenebras tui ſplendoris radio illumina: clementiſſime dñe Jeſu, a te peccatorum ſuoꝝ remiſſionẽ humiliter petimus: a quo, ⁊ per quem, eſt omnis propitiatio. Sancta, ⁊ immaculata virgo Maria, domini noſtri Jeſu Chriſti mater, te obnixe deprecamur, quatenus pro anima huius ſerui tui interuenire digneris apud illum, cuius templum effici meruiſti. Sancte Michael, Sancte Gabriel, ſancte Raphael; ſancte Angele cuſtos eius, cum omnibus choris angelorũ, patriarcharum, prophetarum, apoſtoloꝝ, martiruꝫ, confeſſorum, ſacerdotum, leuitarũ, eremitarũ, doctorum, monachorum, virginum, omniumqꝫ

iuſtorum

iuſtorum, per eximium dñi noſtri Jeſu Chri
ſti amorem, qui vos elegit: de cuius contem
platione gaudetis: vos orare pręſumimus,
pro huius infirmi anima, vt pro ipſa ſuppli
care dignemini: quatenus de diaboli fauci
bus ⁊ de morte perpetua liberari mereatur:
Domine Jeſu, perpetuaꝫ vitaꝫ ſecundũ ma
gnam miſericordiam tuam ei largiri digne
ris. O clementiſſime dñe Jeſu, qui omnium
miſereris: famulũ tuum a tua miſericordia
fieri alienum non patiaris: quatenus in paſ
ſionis ſacratiſſimę tuę merito ab omnibus
peccatis ſuis abluatur, ⁊ tecũꝫ ęternaliter in
cęlorũ beatiſſimo regno glorie͂t. Amẽ. Ora.
D Omine Jeſu Deus nr̃: in adiutoriũ
ſerui tui morientis intẽde: domine ad
adiuuandum illum feſtina. Amen. Oratio.
I Eſu Deus noſter: oculos famuli tui il
lumina: ne in morte obdormiat: neqꝫ ini
micus eius dicat: Preualui aduerſus eũ: exau
di dñe Jeſu orationes noſtras pro eo: illumi
na domine Jeſu animã eius. Signa dñe Je
ſu lumen vultus tui ſuper eũ: humilẽ letitiaꝫ
domine Jeſu infunde in cor eius: voce nr̃a
domine Jeſu clamamus ad te pro eo. Done
Jeſu de excelſo glorię tuę exaudi nos pro
eo, orantes. Suſceptor eſto domine Jeſu
eius in obitu ſuo, cum angelis: domine Je

ſu letifica animam eius. Amen. Oratio.

O Maria virgo ſuauiſſima: huic ſeruo tuo morienti miſerere: et orationem noſtram pro eo pia mater exaudi: ad te glorioſiſſima virgo Maria oramus pro famulo tuo: mater ſacratiſſima, nos orātes pro eo velociter exaudi. Reſpice beatiſſima virgo Maria in seruū tuū, et miſerere illi: quia glorioſa es mater, vnicus et paup eſt: in pace tua ſuauiſſima virgo Maria huius famuli tui anima dormiat, et requieſcat: auribus glorioſa virgo Maria pcipe verba orationis noſtrę, pro famulo tuo, et intellige clamorem cordis noſtri, pro eo beatiſſima mater. Amen. Oratio.

IEſu dñe Deus noſter: voces orationis noſtrę pro famulo tuo intēde rex noſter. Bone Ieſu cor eius illumina: et lętet dñe Ieſu anima ſerui tui, quia ſperat in te. Dñe Ieſu ſemper exultet de te: quia ſperat bone Ieſu famulus tuus in te. Dñe Ieſu ſaluum fac ipſum ex omnibus pſequentibus eū, et libera illū. Ut quid bone Ieſu receſſiſti longe: Domine Ieſu, ne deſpicias ſeruū tuū in opportunitatibus, et tribulatione: ſm miſericordiaꝫ tuā dñe Ieſu animā ſerui tui viuifica, vt bone Ieſu nōi tuo pſallat in ęnum. Amē. Orō.

MAria virgo piiſſima, ſeruo tuo miſerere, qm̄ infirmus eſt: animā eius ſuauiſſima

ſima mater ſana, quia omnia interiora eius conturbata ſunt, animā ſerui tui glorioſa virgo Maria de manu ſathanę eripe, cõuertere pia mater, ⁊ ſaluum fac illū. Reſpice ſuauiſſima virgo Maria inimicos ſerui tui, quoniam multiplicati ſunt, beatiſſima mater adiuua illū ne pereat: in tua iuſtitia, ſuauiſſima virgo Maria deduc famulū tuū propter inimicos eius, dirige in cõſpectu tuo vias eius ⁊ anima ſerui tui turbata eſt valde, ⁊ tu ſuauiſſima mater ſalua illum ne cadat a via ſancta. Amen. Oratio.

IEſu dñe Deus noſter, ne in furore arguas ſeruū tuū: neq; bone Jeſu in ira tua corripias eum. Exultet bone Jeſu in te ſalutari ſuo ſeruus tuus. Bone Jeſu libera eum ab interitu dęmonis ⁊ ſaluum fac bone Jeſu, ſeruū tuum: quoniam ſpūs eius deficit, ⁊ veritates tuę ab anima eius diminutę ſunt. Vide dñe Jeſu animam ſerui tui in obitu laborantē: ⁊ de manu peccatoris libera eā. Serua domine Jeſu animā ſerui tui, ⁊ cuſtodi illā a generatione mala in ęternū. Amē. Oratio.

MAria virgo ſacratiſſima adſis famulo tuo. Mater beatiſſima adiuua illū ne pereat, auribus percipe glorioſa virgo Maria orationem noſtrā pro famulo tuo: ne dęmon glorietur de illius perditione. Refugiū eſto ſuauiſſima virgo Maria huic pauperculo

culo morienti, ꝛ in hac horribili tribulatione eſto illi adiutrix. In lumine fidei glorioſiſſima virgo Maria animam ſerui tui letifica: vt illius mens non moueatur a timore domini. A reſiſtētibus dextere tue ſuauiſſima virgo Maria, animam famuli tui cuſtodi, ꝛ preſentia tua conſolare illam. Amen. Oratio.

Ieſu dn̄e Deus noſter, animaꝫ famuli tui conſerua, quoniam ſperat in te: illumina cor eius, vt iubiloſe ad te veniat: exultet bone Ieſu cor ſerui tui morientis in te: cātet, ꝛ pſallat tibi domino Deo ſuo in eternū. Sub vmbra alaruꝫ tuaruꝫ dn̄e Ieſu famulū tuum protege: a facie impioꝝ, qui illū affligunt: vſquequo bone Ieſu obliuiſceris ſerui tui: vſquequo auertes faciem tuam ab eo: Salua domine Ieſu, ex ore leonis animā famuli tui, ꝛ a cornibus vnicornium bone Ieſu, miſericorditer libera eam. Amen. Oratio.

Maria virgo beatiſſima miſericordias tuas cuꝫ famulo tuo moriēte mirifica: illum in te ſperantem ſaluum fac: aures tuas glorioſiſſima virgo Maria ad ſeruum tuum inclina, ꝛ affectum cordis illius exaudi: nam in tribulatione maxima verſatur. Reſpice ſuauiſſima virgo Maria huius ſerui tui morientis anguſtias, ꝛ illum libera, ꝛ ad preces noſtras pro illo intende, in hac terribili animaduer-

naduerſione famuli tui glorioſiſſima virgo Maria: inuocamus te, quatenus ſuaui aſpectu tuo letifices illum: ad te ſuauiſſima virgo Maria animam ſerui tui trahe: non erubeſcat quoniam ſperat in te. Amen. Oratio.

IEſu dñe deus noſter: anima famuli tui requieſcat in te, eſto illi nunc refugium, liberator, exurge bone Jeſu in adiutorium ſerui tui, demonem preueni, et expelle illũ: ne animam famuli tui rapere valeat. Sit bone Jeſu nomen tuum dulciſſimũ benedictuz, ex hoc, nunc, et vſque in ſeculum. Uoce noſtra bone Jeſu ad te pro ſeruo tuo clamamus: ſalua illius animam in hac hora: ſaluaz fac dñe Jeſu animaz famuli tui, et libera eã bone Jeſu: quia Deus ſuus es tu. Amen. Oratio.

MAria virgo beatiſſima: animam ſerui tui illumina, et tenebras eius mentales tua prece depelle. Ab inſurgentibus in famulum tuum glorioſa virgo Maria libera euz, a ſpiritu iniquo protege illum. Reſpice in ſeruum tuum morientem ſuauiſſima virgo Maria: et libera eum ne pereat. Imple clementiſſima virgo Maria preces noſtras pro famulo tuo, vt ſentiat: quia tu es eius ſuauiſſima mater. Auxilium de celo glorioſa virgo Maria mitte ſeruo tuo: et de excelſo tuere illum. Amen. Oratio.

Xeſu

IEſu domine Deus noſter, animaȝ ſer tui tui ſaluam fac:vt de tua pſentia ſemp letet. Exultet in te bone Jeſu ſeruus tuus; pſallat,⁊ cantet tibi in euuȝ. Speret in te do mine Jeſu famulus tuus: eripe illum ne pe reat. Uiaſ tuaſ domine Jeſu ſeruo tuo oſté de,⁊ ſemitas tuas edoce eum, ſecundum ma gnam miſericordiam tuaȝ domine Jeſu mi ſerere ſeruo tuo: ⁊ propter bonitatem tuam animam illius illumina. Amen. Oratio.

MAria virgo beatiſſima, auxilium tuuȝ ne elõgaueris a ſeruo tuo:ad illius de fenſionem propera: a framea diaboli glorio ſa virgo Maria animaȝ famuli tui libera: ⁊ de manu illius erue ipſam: reminiſcere miſe ricordiarum tuarum ſuauiſſima virgo Ma ria:⁊ de inferno animam ſerui tui libera. In veritate tua glorioſa virgo Maria animam famuli tui dirige: ⁊ eſto illi ſuauiſſima conſo latrix, animã ſerui tui beatiſſima virgo Ma ria cuſtodi,⁊ erue illam,ne in deſperationem labatur. Amen. Oratio.

IEſu dñe Deuſ noſter,humilitateȝ ⁊ la borem famuli tui vide,⁊ omnia eius de licta dimitte. Exaudi bone Jeſu vocẽ nr̃aȝ, qua pro anima ſerui tui ad te clamamꝰ,miſe rere illi,⁊ ſalua illã:ſaluam fac animã famu li tui domine Jeſu,⁊ de celo benedic illi. Ve

lociter

ociter bone Jeſu preces noſtras pro ſeruo
uo exaudi: quia illius ſpiritus deficere inci-
pit:ſecundum miſericordiam tuã domine Je-
ſu animam famuli tui viuificã: vt ſanctę fidei
lumen iubiloſe cuſtodiat. Amen. Oratio.

Maria virgo ſuauiſſima, ſeruo tuo quo-
niaz tribulatur miſerere, ⁊ ne aſpectu
demonis terreatur,illũ adiuua. Anima ſerui
tui bone Jeſu,⁊ glorioſa virgo Maria iubi-
let ĩ te,⁊ delectet̃ ĩ ſuauiſſimo nato tuo. Reſpi-
ce beatiſſima virgo Maria ad famulũ tuũz,
in manibus tuis illius animã ſuſcipe, illuſtra
faciem tuã glorioſã virgo Maria ſuper ſeruũ
tuũ,in tua miſericordia illũ ſaluũ fac. A perſe-
quẽtibus animam ſerui tui ſuauiſſima virgo
Maria eripe illũ, ⁊ de manu odientium euz
libera illum velociter. Amen. Oratio.

Jeſu dñe Deus noſter iudica aiam ſer-
ui tui,nocẽtes expugna potius, ⁊ impu-
gnãtes illã. Effunde bone Jeſu frameã tuã
aduerſus illos, q perſequunt̃ animaz famuli
tui.Dic animę eius,ſalus tua ego ſum: ſalus
dñe Jeſu eſto animę ſerui tui,⁊ eius protector
in omni tribulatione. Uide bone Jeſu affli-
ctionem famuli tui,ne ſileas,⁊ ne diſcedas ab
illo, ſaluator animarum bone Jeſu, exurge
in adiutorium ſerui tui, ne a te aſpectu demo-
nis ſeparetur. Amen. Oratio.

Maria virgo beatiſſima, eſto aię famuli tui in refugiū, ⁊ a tribulatione q̄ circūdat illā: tua pręſentia lętifica illā. Apprehēde glorioſa virgo Maria arma, ⁊ ſcutum: ⁊ exurge in adiutoriū ſerui tui. Retrorſūq; auertant ſuauiſſima virgo Maria, ⁊ cōfundantur dęmones: ⁊ ne aiā famuli tui obnubilent, tu glorioſa virgo domina adiuua illā. Induātur glorioſa virgo Maria dęmones pudore, ⁊ cōfuſione: ⁊ animę ſerui tui in nullo prorſus nocere valeant: animam famuli tui clementiſſima virgo Maria reſpice, ⁊ ab deceptione aduerſarij illam erue. Amen. Oro.

Jeſu dn̄e Deus nr̄ intende aię famuli tui, ⁊ libera illam, ⁊ propter terrorē inimici, tuo ſplendore illuſtra illam: exaudi bone Jeſu ſeruū tuū: qm̄ benigna eſt miſericordia tua: ſecundū meritum gratię tuę libera illum: ſaluum fac bone Jeſu ſeruum tuū: illius mentem tua gratia illumina. Vocē ſerui tui dn̄e Jeſu exaudi in hac hora, ⁊ ꝑpter nomen ſanctum tuum protege illum, ſalus electorū bone Jeſu tu es: in lumine tuo lętifica aiā famuli tui: vt ad te ꝑueniat. Amē. Oro.

Maria virgo beatiſſima famulo tuo miſerere: qm̄ vndiq; cōculcat: ⁊ dęmon tota die impugnans tribulat animam ſerui tui: glorioſa virgo Maria de te exultare fac,

t delectetur in ſuauiſſimo filio tuo. Redde
eatiſſima virgo Maria ſpiritualem letitiã
mulo tuo: ⁊ per te cor illius confirmetur in
omino Deo. Inclina glorioſa virgo Ma-
a aurem tuam ad ſeruum tuum: quoniam
ops, ⁊ pauper eſt: adiutrix eſto ſuauiſſima
rgo Maria famulo tuo: adiuua illum: ne
ęternum pereat. Amen. Oratio.

IEſu, dñe Deus noſter ſcḋm miſericordiã
tuã iudica ſeruum tuum, ⁊ q̄ oderũt eũ
on ſupergaudeant illi. Exurge bone Jeſu:
diuua ſeruum tuum: ⁊ propter nomen tuũ
edime illum: ſalutaris noſter bone Jeſu, ad
puerte ſeruum tuũ, ⁊ oſtende illi glorioſam
ciem tuã: veritatem ⁊ lucẽ tuã bone Jeſu
mitte famulo tuo: ⁊ ipſa, illius animã ad te
dducat: ſpiritũ tuum dñe Jeſu infunde ſer-
o tuo, vt viuat in ęternum. Amen. Oratio.

Maria virgo ſuauiſſima famulo tuo mi
ſerere: quoniam in te confidit anima
us. Adiuua glorioſa virgo Maria ſeruum
um, ⁊ ſaluus erit: meditetur ſemper in le-
e domini. Reſpice beatiſſima virgo Ma-
a in ſeruum tuũ, ⁊ miſerere illi: da ſpiritua
donum illi, vt filius gratię ſit. In quacũq̄
ora glorioſa virgo Maria inuocauerimus
pro ſeruo tuo, velociter exaudi nos oran-
s pro illo: aurib⁹ percipe beatiſſima virgo

Maria orationes nr̃as p famulo tuo, ⁊ intē-
de ad deprecationem noſtram. Amen. Oro.
IEſu domine Deus noſter, ſuſceptor eſto
famuli tui, ⁊ libera illũ ab omni malo:
exurge bone Jeſu, ſaluum fac ſeruum tuum,
vt non timeat demones circũdantes animã
eius. Seruus tuus domine Jeſu anguſtiat:
ſubueni illi, vt tua pręſentia conſoletur. Vi-
de domine Jeſu tentationes, quas famulus
tuus patit, ⁊ ſuccurre illi ne pereat. Sentiat
anima ſerui tui domine Jeſu auxiliũ gratię
tuę, ⁊ perpetuo gaudeat in te. Amen. Oratio.
MAria virgo dulciſſima exultet ſeruus
tuus in tua miſericordia, quoniam tu
es ſuauiſſima peccatorum reſpiratio, anima
ſerui tui glorioſa virgo Maria exultet in te,
non deſeras, neq̃ deſpicias illum. Reſpice
glorioſa virgo Maria afflictiones, quas pa-
titur anima ſerui tui, non derelinquas illum
demoni tribulandum, in ſemitã rectam glo
rioſiſſima virgo Maria animam famuli tui
deducas, ne glorietur Sathan contra illũ.
Ad te glorioſa virgo Maria pie clamamus
pro anima ſerui tui, vt tuo benigno foueatur
pręſidio. Amen. Oratio.
IEſu dñe Deus noſter, adiutor eſto fa-
mulo tuo, ⁊ lumē ſanctę fidei illi infun-
de, vt [illegible] veniat ad te. Exurge bone Jeſu in

adintoriuz animę famuli tui. Exurge, ⁊ ne re
pellas illum a te. Sucipe domine Jeſu ani-
mam ſerui tui, ⁊ viuet: ⁊ non confundas illū
ab expectatione ſua. Uirtutum amator bone
Jeſu, conuerte faciem tuaz ad famulum tuū:
⁊ ab omni dolore libera euz. Super ſeruuz
tuum domine Jeſu deprecabilis eſto, ⁊ ſalua
illum ab omni malo. Amen. Oratio.

Maria virgo ſanctiſſima, famulum tuū ab omnibus anguſtijs, quas patit li-
bera, vt iubilet cū omnibus ſanctis, adhereat
glorioſa virgo Maria anima ſerui tui tibi: tu
ſuſcipe illam, vt ſequatur te. Recordare bea-
tiſſima virgo Maria: quia tu es aduocata mi
ſerorū, miſerere animę famuli tui: vt ad incū
ditatem celeſtem peruenire valeat. In mani
bus tuis glorioſa virgo Maria animā famu
li tui ſuſcipe clementer: vt exultet, ⁊ letetur de
tua gloria, ⁊ ſaluatione ſua: Ad te ſuauiſſima
virgo Maria oramus pro anima famuli tui,
vt per te preſentetur glorioſiſſimo filio tuo do
mino noſtro Jeſu Chriſto, perpetuo ſpiritua
liter copulandus. Amen. Oratio.

Laudate omnes ciues celi dn̄m Jeſuz, cuz glorioſa virgine Maria in ſpiritu
iubilationis: ois terra cū gaudio laudet ma-
trem cum filio: cum quibus anima huius fa-
muli ſemper viuat. Amen. Oratio ad patre,

Miſericordiã tuã dñe ſancte, pater omnipotens, eterne Deus: pietatis affectu pro alijs orare cogimur: q pro noſtris peccatis ſupplicare nequaquã ſufficimus: tñ de tua gratuita pietate cõfiſi, clementiã tuã depoſcimus: vt aiam huius ſerui tui ad te reuertentem cũ pietate ſuſcipias: adſit ei angelus Michael: ⁊ p manus ſanctorũ angelorũ inter ſanctos ⁊ electos tuos in ſinu Abrahe, Iſaac, ⁊ Iacob patriarcharũ tuorũ eã collocare digneris: quatenus a principibus tenebrarũ, ⁊ de locis pęnarũ liberata: nullis ignorantię, aut proprię voluntatis, ſeu fragilitatis cõfundatur erroribus: ſed potius agnoſcat a tuis: ⁊ ſanctę beatitudinis requie perfruatur: atq̃ cum magni iudicij aduenerit dies: inter ſanctos tuos reſuſcitatus, gloria beatiſſimę viſionis perpetuo ſatietur. Amen. Oratio.

Suauiſſime dñe Ieſu Chriſte, p illũ ineffabilẽ amorẽ, q te digniſſimũ, innocẽtiſſimũ, ⁊ delicatiſſimũ paternę charitatis filiũ: pro nobis factum hominem, vulnerari, ac crudeliter mori, pro hominibus redimendis fecit. Indulge clementiſſime dñe Ieſu huic famulo tuo: omne quod cogitatu, verbo, ⁊ facto, affectionibus, ⁊ motibus, viribus, ⁊ ſenſibus anime ⁊ corporis deliquit. In verã omnium peccatorum ſuorũ remiſſionẽ: ſacratiſſime

ſime dñe Jeſu, tribue illi ſpiritualē lumē tuę ardētiſſime charitatis: qua totius mundi culpas deluiſti: ac in plenā ſuppletionē oīum negligentiarū ſuarū, meritū tuę ſacratiſſime paſſionis adde: ⁊ inſup illi tribue fructū omniū bonorum operum, per electos tuos ſactorū, qui tibi placuerunt. Amen Oratio.

Glorioſiſſime dñe Jeſu, in vnione feruentis amoris, qui te coegit incarnari, ⁊ anxio ſpiritu in Cruce mori: ad medullam dulciſſimi amoris tui pulſamus: vt famulo tuo omnia peccata, quę omni modo cōmiſit, dimittas: ⁊ tuę prędigniſſime paſſionis merito omiſſa ſuppleas: faciaſq; illū experiri ſuperabūdantiſſimam multitudinē miſerationum tuarū: diſponas eum placidiſſimo tibi modo: ſibi vtiliſſimo: ſuaui patiētia: vera pęnitētia: plena remiſſione, recta fide, ſpe firma, ardenti charitate, ⁊ ſanctiſſimo ſtatu: quatenus inter dulciſſimum amplexum, ⁊ ſuauiſſimū oſculū tuum: o clementiſſime domine Jeſu: eius anima lętanter expiret ad tuam ęternā laudem, ⁊ gloriam laudandam, ⁊ cognoſcendam, ⁊ fruendam. Amen. Oratio.

Sacratiſſime dñe Jeſu Chriſte: in manus inextinguibilis miſericordię tuę cōmēdamus ſpūm huius famuli tui: ſecundū amoris tui magnitudinē: quo ſe aīa tua ſan-

ctiſſima in Cruce glorioſo patri cōmēdauit, ſuppliciter deprecantes: quatenus per illam ineffabilem, qua diuina paternitas in ſe totā traxit illam ſanctiſſimam aīam tuā, vt in iſta hora famuli tui in eodē feruentiſſimo amore ſpiritum eius ſuſcipias. Eia dulciſſime dñe Jeſu animarū redemptor: benigniſſime dñe per illam lacrymabilem vocē, qua ſecundū humanitatem, pro nobis moriturus, laboribus, ⁊ doloribus paſſionis adeo conſumptus eras: vt te a patre derelictum, ter clamares. Ne longe ſuauiſſime Jeſu facias a famulo tuo tuę miſerationis auxiliū in hac hora afflictionis ſue, prę defectione, ⁊ cōſumptione ſpiritus te inuocare non valente, ſed p triūphū ſanctę crucis, ⁊ per virtutem ſalutiferę paſſionis, ⁊ gratioſę mortis tuę, cogita de eo cogitationes pacis, miſericordię, ⁊ conſolationis, ⁊ non afflictionis: ⁊ libera eum ab omnibus anguſtijs: ⁊ tua ſolita benignitate, ⁊ clemētia bone Jeſu, ⁊ dulciſſime pater, erue illum a tormentis ſibi deputatis, ⁊ ad ęternam requiem illum perducere digneris, cum voce exultationis. Amen.

Oratio.

O Intemerata, ⁊ in ęternum benedicta virgo Maria: totius anguſtię, ⁊ miſerię adiutrix: famulo tuo ſuccurre dulciter, ⁊ tuā glorioſam faciem oſtēde illi in hac vltima neceſſitate

eſſitate ſua: ⁊ oēs inimicos ei⁹ in virtute ſua
iſſimi filij tui dñi nr̄i Jeſu Chriſti, ⁊ ſanctę
Cru ✠ cis diſperde: ⁊ a potēte dracone in-
ernali, ⁊ ab ei⁹ horribili viſione, ⁊ ab omni
rande malorū ſpirituū defende illū, ⁊ ex om
i anguſtia libera eū, quaten⁹ tecū cū beatis
piritibus dño deo in cęlorū beatiſſimo re-
no ſpirituales pſoluat laudes. Amē. Orō.

S Ancte Michael Archangele ſuccurre
huic animę, apud altiſſimū iudicē: o in-
ictiſſime pugil, aſſiſte huic famulo tuo in ex-
remis laborāti, ⁊ eū potēter a dracone infer-
ali defende, ⁊ a viſione, fraudeqꝫ maloꝝ ſpi
ituum. Inſuper exoramus te pręclarum, vt
n hac extrema hora vitę ipſius animaꝫ eius
enigne ſuſcipias, ac ſuauiter in ſinum tuum
ecipias, illamqꝫ in locum refrigerij, lucis, ⁊
acis perducas, cum domino Jeſu ęternali
er regnaturam. Amen. Oratio.

M Jſericordiſſime Dñe Jeſu Chriſte fi
li Dei viui, in vnione illius commen-
ationis, qua tuā ſanctiſſimā animā in Cru-
e moriens patri tuo celeſti cōmendaſti: mi-
ericordiſſimaꝫ bonitatem tuā humiliter exo
antes petimus, quatenus per oēm honorē,
meritum eiuſdē animę tuę ſanctiſſimę, per
uam omnes ſaluantur animę, ⁊ a morte per
etua liberantur: animę famuli tui miſerea-
ris,

ris,eaȝ miſericorditer liberãs ab inſidijs dia
boli:a miſerijs,⁊ penis,⁊ illaȝ per tuę ſanctiſ
ſimę paſſionis meritum, ⁊ beatiſſimę Ma-
rię Uirginis,⁊ matris tuę intercesſionem:ad
contemplationeȝ tuę beatiſſimę viſionis per-
ducere digneris. Amen. Oratio.

Commendamus te cariſſime omnipo
tenti Deo cuius creatura es:vt cũ hu-
manitatis debitũ morte interueniẽte perſol-
ueris,ad creatorem tuum, qui te de limo for-
mauit reuertaris: ⁊ de corpore egredienti
animę tuę ſplendidus angelorum chorus
occurrat:patriarcharum ⁊ prophetarũȝ nu-
merus ſuauiſſimo modulamine obuiam ve-
niat:index apoſtolorum ſenatus tibi blãdus
exiſtat: candidatorum tibi martyrum exer-
citus iubiloſo concentu obuiet: liliata ruti-
lantium confeſſorum turma te lętanter exci-
piat: Jubilantium te virginum chorus ſu-
ſcipiat:⁊ beatę quietis in ſinu patriarcharum
tibi ſuauis amplexus appareat: qui inter aſ-
ſiſtentes ſibi iugiter te intereſſe faciãt: Igno-
res omne quod horret in tenebris: quod
ſtridet in flammis: quod cruciat in tormen-
tis. Cedat tibi teterrimus Sathanas cum
ſatellitibus ſuis: In aduentu ſuo te comi-
tantibus angelis cõtremiſcat: atque in ęter-
nę noctis chaos diffugiat: Exurgat Deus ⁊
diſſipen

diſſpentur inimici eius: ⁊ fugiant a facie eius qui oderunt eum. Confundantur igitur ⁊ erubeſcant contra te legiones tartareę, ⁊ miniſtri Sathanę iter tuum, deducente angelo bono, impedire non valeant: ab omni cruciatu dominus Jeſus Chriſtus te liberet: qui amoroſe pro te mortuus eſt. Dominus Jeſus Chriſtus Dei vivi filius, ſalvator ⁊ redẽptor tuus, intra ſancta paradiſi ⁊ amęna loca te conſtituat. Et ille ſuauiſſimus paſtor inter oves ſuas te locans agnoſcat, complectatur, ⁊ nutriat. Jlle amantiſſimus pater ſui ſacratiſſimi ſanguinis pretio ab omnibus peccatis quę commiſiſti, malitia, miſeria, fragilitate ⁊ ignorantia, mortaliter, ⁊ venialiter te benigne abſolvat: atque cum electis ſuis ad dexterã ſuam perenni iubilo fruiturum te conſtituat: quatenus piiſſimũ redemptorem tuum facie ad faciem videns, ⁊ pręſens ſemper aſſiſtens, beatis oculis glorioſa viſione potiaris: donec glorioſo corpore tuo reaſſumpto, ſpirituali, eſſentiali, ⁊ accidentali pręmio, cum beatiſſimis ſpiritibus lęteris perenni ęuo. Proficiſcere nunc anima Chriſtiana de hoc miſero mundo in nomine ✠ patris omnipotentis, qui te creavit. Jn nomine domini noſtri Jeſu ✠ Chriſti, qui pro te amoroſe paſſus eſt. Jn nomine ſpũs ſancti,

cti,qui in te gratioſe effuſus eſt, occurrant ti-
bi,⁊ ſuccurrāt ſancti angeli,⁊ omnis chorus
angelorū. Subueniant tibi patriarchę in lu-
mine fidei ſuę:prophetę in ſplendore ſpei ſuę:
apoſtoli in fulgore eximię charitatis: marty-
res in manſuetiſſima patiētia:cōfeſſores in hu
mili obediētia:virgines in limpida mūditia:
monachi in clara humilitate: eremitę in ſyn-
cera vitę auſteritate:⁊ omnes ſancti,⁊ ſanctę
Dei in plena virtutū conſummatione. Adiu
uent te omnes orationes ſanctorū: vt in pace,
⁊ luce ſit locus tuus,⁊ habitatio tua in cęleſti
Jeruſalem,per ęterna ſecula ſeculorū. Amē.

¶ Benedictio Cinerum,⁊ cilicij,vel ſtami-
gnę in q̄bus ponēdus eſt infirmus moriens.

℣. Adiutorium noſtrū in nomine domini.
℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Dñs
vobiſcū ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremꝰ. Orō.



Deus,qui non mortem, ſed penitentiam deſiderās peccatorum, ob fragilitatem cōditionis humanę,famulū tuum benigniſſime reſpice, ⁊ hos cineres,quos cauſa proferendę humilitatis, atq; promerendę veniæ cilicium quoq; inducturus eſt: eidem imponi decreuimus:bene ✠ dicere p tua pietate digneris,vt qui ſe cinerē eſſe ob-

praui-

prauitatis ſuę meritum:⁊ in puluerem reuer
ſurū ſe cognoſcit,peccatoꝝ oīum veniā:⁊ prę-
mia pęnitentibus repromiſſa,a te miſericor-
diter conſequi mereat̃.Per Chriſtū dn̄m no
ſtrum. ℟.Amen. Exorciſmus Cinerum.

EXorcizo te cinis in noīe Dei pa✠tris
omnipotentis:⁊ in noīe Jeſu ✠ Chri-
ſti filij eius:⁊ ſpū̃s ✠ ſancti, qui te per igneꝫ
in fauillā cōuerti pcepit:vt ſicut iuſſione Dei
per ſanctū famulū ſuuꝫ Moyſen cinis vitu-
lę aſperſus in populo oēm congregationem
ſanctificauit Iſrael,ita ⁊ tu exorcizatus in no
mine ſanctę Trinitatis, ⁊ in terra, ⁊ cilicio
aſperſus,in famulo Dei non lateat diabolus,
ſed manifeſtetur, atque expellat̃:vt purus, ⁊
ſyncerus inueniatur: per eundem dominuꝫ
noſtrum Jeſum Chriſtum: qui venturus eſt
iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculū per ignē.
℟. Amen. Benedictio cilicij.

BEne✠dic dn̄e hoc ciliciū, quod famu
lus tuus p humilitatis, ⁊ plenitudinis
ſuę deuotiōe indui appetit:vt ſicut Niniuita
ni populo in cinere, ⁊ cilicio pęnitenti peper-
ciſti:ita ⁊ famulus tuus humiliationis, ⁊ pro
feſſionis ſuę hoc indutus veſtimēto:a te crea-
tore ſuo omnium percipiat incrementa vir-
tutum:⁊ cunctorum indulgentiam conſequa-
tur delictorum.Per Chriſtum. ℟. Amen.

Tunc

Tunc aſperſis cineribus, ⁊ cilicio aqua benedictis: imponat utrumq; ſuper infirmum, vel defunctum: ⁊ dicat ſequentem orationem. Oremus.

Induat te dominus veſtimento ſalutis: ⁊ qui, nobis vt humiliatis oſtenderet formam, vilibus voluit indui pannis in preſepio: ipſe te faciat corde contrito, ⁊ humiliato ſibi aſſiſtere: ita vt ipſe veſtimento immortalitatis, ⁊ ſtola iocunditatis, te intrinſecus induat. Qui cum Deo patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuit, ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Reſpondeatur. Amen.

Tunc ſacerdos cineres ſuper infirmum ſpargat, ⁊ cilicium ſuper eum ponat. Si vero mortuus fuerit: cineres ſuper eum iactet, ⁊ cilicium ſub eo ponat, vel ipſum induat. Egreſſa anima, legatur hoc reſponſorium ſine cantu: cum ſequentibus orationibus.

Subuenite ſancti Dei, occurrite angeli domini, Suſcipientes animam eius; Offerentes eam in conſpectu altiſſimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus: qui vocauit te, ⁊ in ſinum Abrahe angeli deducant te. Offerentes eam in conſpectu altiſſimi. ℣. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. In.

Deinde. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiem eternam dona ei domine. ℟. Et lux perpe-

perpetua luceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

Tibi domine commendamus animam famuli tui. N. vt defunctus ſeculo tibi viuat, & quę per fragilitatem mundanę conuerſationis peccata commiſit: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.


Tunc ſacerdos ſimpliciter dicat. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Secreto. ℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. In memoria ęterna erit iuſtus. ℟. Ab auditio ne mala nõ timebit. ℣. Ne tradas beſtijs aiam confitentē tibi. ℟. Et animas pauperuz tuorũ ne obliuiſcaris in finē. ℣. Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe. ℟. Quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animã eius. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcuz. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Suſcipe domine animã famuli tui, quaz de ergaſtulo huius ſeculi vocare digna

tus es, ꝛ libera eam de locis pęnarū, vt quie-
tis. ac lucis ęternę beatitudine perfruatur: ꝛ
ꝛ inter ſanctos, ꝛ electos tuos in reſurre-
ctionis gloria reſuſcitari mereat. Per Chri-
ſtum dominum noſtrum. R. Amen.

Deinde defunctus portatur in eccleſiam: ꝛ cantatur hoc reſponſorium Subuenite ſancti dei, occurrite, vt hic inferius notatum eſt.

Reſponſorium.





Depoſito corpoꝛe in eccleſia, duo ſacerdotes incipiãt abſolute. Inuitato. Regẽ cui oia viuunt. Uenite adoꝛemus. ps. U enite exulte. Et ſolẽniter cãtẽt totã vigiliã: vel primũ noc. vt infra: vel ſm cõſuetudinez loci, vel eccleſie. Poſtea cãtet miſſa: ſi tẽpus congruuz fuerit. Qua finita ſacerdos incipiat abſolute hanc oꝛationem ſequentem ſine. Oꝛemus.

Catheců. I Non

NOn intres in iudicium cum ſeruo tuo domine: quia nullus apud te iuſtificabitur homo: niſi per te omnium peccatorū ei tribuatur remiſſio: non ergo eum queſumus tua iudicialis ſententia premat: quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianę commēdat: ſed gratia tua illi ſuccurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret, inſignitus eſt ſignaculo ſanctę Trinitatis. Qui viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Poſt iſtam orationem cantor incipiat iſtud. ℟ium. Subuenite. vt ſupra. Et dū cātatur ℟. Sacerdos accipiat thuribulū de manu miniſtri: & incēſet corpus defuncti. Finito ℟. cantor incipiat cū choro ſuo. Kyrie eleiſon. & alius chorus. Chriſte eleiſ. Poſtea omnes. Kyrie eleiſon. Poſtea Sacerdos dicat aſtātibus alta voce. Pater nr̄. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo.


Oremus.

DEus, cui omnia viuūt, & cui nō pereūt moriendo corpora noſtra: ſed mutantur in melius: te ſupplices deprecamur: vt ſuſcipi iubeas aiam famuli tui N. per manus ſctōrum angelorū deducēdā in ſinū amici tui Abrahę patriarchę: reſuſcitādamqz in nouiſſimo iudicij magni die; & quicquid vitiorum,


tiorum, diabolo fallente contraxit: tu pius, & miſericors abluas indulgendo. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuũ.

Finita oratione cantatur ℞. [illegible]





nā dona e is domine: ⁊ lux perpetua



lu ceat e is. Dum veneris.

Et dum Reſponſoriuꝫ cantatur ſacerdos incenſet corpus defuncti, ſicut prius, Finito vero Reſponſorio, cantor incipiat Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. vt ſup. Poſtea dicat ſacerdos alta voce aſtantibus. Pater noſter. ℣. Et ne nos ℟. Sed libera nos a malo. vt ſupra. Oremus. Oratio.


HAc, quęſumus domine, hanc cum ſeruo tuo defuncto miſericordiam: vt factorum ſuorum in pęnis non recipiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntatem: vt ſicut hic eum vera fides iunxit fidelium turmis: ita illic eum tua miſeratio ſociet angelis choris. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.


Qua finita cantor incipiat. Reſponſorium.



LIbera me do mine, de mor-

te


te ęter na; in die illa tremenda.
Quando cę li mouēdi ſunt, ⁊ ter ra.
Dum ve neris iudica
re ſe culum per i gnem.
℣. Tremēs factus ſum ego, ⁊ ti meo:
dū diſcuſſio ve nerit, atq; vē tura ira.
Quando. ℣. D ies illa di es i rę, ca-



Expleto verſu reiteratur Reſponſorium Liber a me domine, de morte ęterna: in die illa tre. vt ſupra. Et dum cantatur, ſacerdos incenſet corpus ſicut prius. Finito Reſponſorio cantor incipiat alta voce cum ſuo choro. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſ. Deinde Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Requiem ęternā dona ei domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat ℣. Dominus vobiſcum.


biſcum. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oratio.

Abſolue queſumus dñe animam famuli tui: vt defunctus ſeculo tibi viuat, ⁊ que per fragilitatem humanę cõuerſationis peccata commiſit: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per dominum. ℟. Amẽ.


Finita oratione, dictus ſacerdos precipiat portitoribus: vt accipiant feretrum. Illi vero accipientes deportent eum ad tumulum, ⁊ dum portatur, clerici cantent has ſequentes Antiphonas.



Añã. Chorus angelorum



te ſuſcipiat: ⁊ cum La zaro quondam



paupere ęternam habeas requiem.

Cuȝ antē peruenerint ad tumulū, ſacerdos cū feretro, ſtet iuxta tumulū: ⁊ cantatis añis. ſacerdos dicat orationem abſolute. Oratio.


DEus qui fundaſti terrā, ⁊ formaſti cęlos: qui loca ſyderibus ſtabilita fixiſti: qui captiuum laqueo mortis hominem lauacri ablutione reparaſti: q̄ ſepultos Abrahā, Iſaac, ⁊ Iacob in ſpelūca duplici, in libro vitę, atqȝ totius glorię principes annotaſti benedicendos: ita bene ✠ dicere digneris hūc tumulū famuli tui. N. vt hic eū requieſcere facias, ⁊ in ſinu Abrahę, Iſaac, ⁊ Iacob collocare digneris: qui dominuȝ noſtrum Ieſum Chriſtum cōtritis laqueis infernorum reſurgere, ſeqȝ, ac ſuoruȝ membra in ſe credentiū reſuſcitare voluiſti: reſpice dñe ſuper hanc fabricam ſepulturę, deſcendat ad eam domine ſpiritus tuus ſanctus: vt te iubente ſit in hoc loco famulo tuo quieta dormitio: ⁊ tempore iudicij cum ſanctis tuis omnibus

vera

vera reſuſcitatio: p̃ſtante eodez domino nr̃o Jeſu Chriſto. Qui tecũ, ⁊ cuz ſpũ ſancto viuit, ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.


Dicta oratione accipiat aquã bñdictã, ⁊ aſpgat ſuper corpus defuncti, ⁊ tumulũ, ⁊ poſtea incenſet ſimiliter. His pactis in pſona defuncti dicantur hę ſequẽtes añę: quę cõiter dicũtur a fratribus, vel monachis: ⁊ cantor incipiat eas. Añ Aperite mihi portas iuſtitię: ⁊ ingreſſus in eas confitebor dño. p̃s. Confitemini domino qm̃ bonus. Añ Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vſqz ad domũ Dei. p̃s. Queadmodũ deſiderat ceruus. Aña. Hęc requies mea in ſeculuz ſeculi: hic habitabo, quoniaz elegi eam. p̃s. Memento domine. Aña De terra formaſti me: ⁊ carne induiſti me: redemptor meus domine ſuſcita me in nouiſſimo die. p̃s. Dñe probaſti me. Aña Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. p̃s. Domine exaudi. Aña. Omnis ſpiritus laudet dominum. p̃s. Laudate dñm de cęlis.

Ad Benedictus Antiphona.



Ego ſum reſurrecti o, ⁊ vi ta.

qui



Et interim cum iſtę aïę cantantur cum ſuis pſalmis: ſacerdos dicat has orationes. Oro.

OREmus fratres cariſſimi pro ſpiritu fratris nr̃i: quẽ dñs Deus de laqueo huius ſeculi liberare dignatus eſt: cuius corpuſculũ hodię ſepulturę traditur: vt euꝫ pietas dñi in ſinu Abrahe, Iſaac, ⁊ Iacob collocare digneť: vt cũ iudicij dies aduenerit: inter ſanctos, ⁊ electos ſuos eũ in parte dextera collocandũ reſuſcitari faciat. Per Chriſtum dominuꝫ noſtrum. R. Amen. Oratio.

DEus, cui omnia viuũt, ⁊ cui nõ pereũt moriendo fideliũ corpora: ſed mutãtur in melius: te ſupplices deprecamur: vt quicquid aïa famuli tui. N. vitiorũ tuęq̃ voluntati cõtrariũ, fallẽte diabolo, ſeu propria iniquita-

quitate, vel fragilitate cõtraxit: tu pius, ⁊ mi-
ſericors abluas indulgẽdo: eamq; ſuſcipi iu-
beas, p manus ſanctoꝝ angeloꝝ tuoꝝ dedu
cẽdã i ſinũ patriarcharũ ⁊ prophetarũ tuoꝝ,
Abrahę ſcilicet amici tui, Iſaac electi tui, ⁊
Iacob dilecti tui: vnde aufugit dolor, atq; tri
ſtitia, ⁊ ſuſpiriũ: fideliũ quoq; aię felici iucũdi
tate lętant, ⁊ in nouiſſimo iudicij magni die,
inter ſanctos, ⁊ electos tuos eã facias ppetuę
glorię pcipere portionẽ, quã oculus nõ vidit,
nec auris audiuit: ⁊ i cor hois nõ aſcẽdit: quã
pparaſti diligẽtib9 te. Per Chr̃m dñm. Orõ.

Temeritas quidẽ ẽ dñe: vt homo hoiẽ,
cinis cinerẽ, mortalis mortalẽ, tibi dño
deo nr̃o audeat cõmẽdare. Sed qa terra ſu
ſcipit terrã, ⁊ puluis cõuertit in puluerem, do-
nec ois caro in ſuã redigat originẽ: proinde
tuã piiſſime pater lacrymabiliter quęſumus
pietatẽ: vt huius famuli tui N. aiam, quã de
huius ſeculi voragine cęnulẽta ducis ad pa
triã: Abrahę amici tui i ſinu recipias, ⁊ refri-
gerij rore pfundas: ſit ab ęſtuantis gehennę
crucis incẽdio ſegregata, ⁊ beatę requie tuę
te donante coniuncta, ⁊ ſiquę ſunt illi dñe di-
gnę cruciatibus culpę: tu ei gratia mitiſſimę
lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicem,
qui tuam in votis tenuit voluntatem. Cũq; fi
nito mundi termino, ſupernũ cũctis illuxerit

regnum, nouus homo ſanctorū omnium cętibus aggregatus, cum electis tuis reſurgat: in parte dextra coronandus. Per Chriſtū dominum noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

O Pus eſt miſericordię dn̄e ſancte, pater omnipotēs, ęterne Deus, rogare pro alijs, ⁊ qui ꝑ noſtris ſupplicare peccatis nequaquā ſufficimus, ſuſcipe rogamus aiaꝫ famuli tui N. reuertentē ad te. Adſit ei angelus teſtamēti tui Michael, ⁊ ꝑ manus ſanctorum angelorū tuorūꝫ: inter ſanctos, ⁊ electos tuos: in finibus Abrahę, Iſaac, ⁊ Iacob patriarcharū tuorum eā collocare digneris. Libera eū dn̄e de principibus tenebrarūꝫ, ⁊ de locis pęnarum: ne famulus tuus vllis iā primęuę natiuitatis, vel ignorantię ꝯfundat erroribus. Agnoſcat a tuis, ⁊ miſericordia bonitatis tuę ad locum refrigerij, ⁊ quietis in ſinum Abrahę transferatur. Per Chriſtuꝫ dominum noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

O Ebitum humani corporis ſepeliendi officiū fideliū more complētes, Deum cui omnia viuunt, fideliter deprecemur: vt hoc corpus fratris, ſororis noſtri N. a nobis in infirmitate ſepultū, in ordine ſanctorū ſuorū reſuſcitet, ⁊ eius ſpūm ſanctis, ac fidelibus aggregari iubeat, cū quibꝰ inenarrabili gloria, ⁊ perenni fęlicitate ꝑfrui mereatur. Per Chriſtum

Chriſtum dñm noſtruȝ. ℟. Amen. Oratio.

Omnipotés ſem piterne Deus, qui humano corpori animã inſpirare dignatus es: dum te iubente puluis redit in puluerem: tu imaginem tuam, cum ſanctis, ⁊ electis tuis, eternis ſedibus iubeas ſociari: Per Chriſtum dominuȝ noſtrũ. ℟. Amen.

His omnibus finitis: poſtquam ſepultũ fuerit corpus: Sacerdos cum aqua benedicta aſpergat tumulum: ⁊ dicat alta voce.

Pater noſter. Et oẽs ſub ſilentio eũ dicant ℣. Et ne nos inducas intẽtationẽ. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine. ℟. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animã eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Satisfaciat tibi q̃s dñe Deus nr̃: pro aĩa famuli tui .N. fratris ſororis nr̃i beatiſſime Dei genitricis ſempqȝ virginis Marie, ⁊ beatorũ apoſtolorũ Petri ⁊ Pauli: omniumqȝ ſanctorũ tuorũ oro, ⁊ p̃ſentis familie tue humilis, ⁊ deuota ſupplicatio: vt peccatorũ omnium veniaȝ, quã precamur obtineat: nec eũ patiaris cruciari gehẽnalibus flammis:

quem filij tui dñi nr̃i Jeſu Chriſti p̃cioſo ſanguine redemiſti. Qui tecū, ⁊ cū ſpū ſctō viuit ⁊ regnat i ſcl'a ſcl'oꝝ. ℟. Amē. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum. Sacerdos dicat. Anima eius, ⁊ animę oium fidelium defunctoꝝ per miſericordiaꝫ Dei requieſcāt in pace. ℟. Amen. Et ſtatim cantor incipiat ℟. Memēto mei Deus. cū quo revertuntur in eccleſiam. ℟.





Cum reuertuntur in eccleſia᷑ ordinate ſicut in choro, ⁊ finito R̄io, ſacerdos dicat Pater noſter. ℣. Et ne nos, ſicut ſuperius. Oratio.

TIbi domine cōmendamus anima᷑ famuli tui: vt defunctus ſeculo tibi viuat: ⁊ ſiqua per fragilitatem humanę conuerſationis peccata commiſit: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per. ℟. Amen.

¶ In funere ſecularium, hoc modo fiat officium. Sacerdos cum ſuperpelliceo, ſtola, ⁊ pluuiali in medio ſtans abſolute, ⁊ ſine Oremus, incipit orationem ſequentem. Oratio.

NOn intres in iudicium cum ſeruo tuo domine: quia nullus apud te iuſtificabitur homo: niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur

remiſſio: non ergo eum queſumus tua iudicialis ſententia premat: quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianę commendat: ſed gratia tua illi ſuccurente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret, inſignitus eſt ſignaculo ſanctę trinitatis. Qui viuis, ꝛ regnas in ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen. Poſt iſta orationē cātoꝛ incipiat iſtud ℟iū. Subuenite. vt ſupra. Et dum cantatur ℟. ſacerdos accipiat turibulū de manu miniſtri, ꝛ incenſet corpus defuncti. Finito ℟io cantoꝛ incipiat cum choꝛo ſuo. Kyrie eleiſon. alius choꝛus Chriſte eleiſon. Poſtea omnes. Kyrie eleiſon. Poſtea ſacerdos dicat aſtantibus alta voce. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas intentationem. ℟. Sed libera ℣. Dominus vobiſcum. Oratio.

Deus cui oia viuūt, ꝛ cui nō pereūt moriēdo corpora noſtra: ſed mutantur in melius: te ſupplices depꝛecamur, vt ſuſcipi iubeas aiā famuli tui N. ꝑ manus ſanctoꝝ angeloꝝ deducēdā i ſinū amici tui Abrahę patriarchę, reſuſcitādamqꝫ in nouiſſimo iudicij magni die: ꝛ quicquid vitioꝝ diabolo fallēte ꝯtraxit, tu pius, ꝛ miſericoꝛs abluas indulgēdo. Per Chriſtū dn̄m noſtrū. ℟. Amen. Finita oratione cātat: ℟. Libera me domine. cum ſuis verſibus: ꝛ Requiē. vt ſup. notatū

eſt. Et vbi conſueuit cõmittant verſus ſacerdotibus, ⁊ religioſis. Expleto verſu reiteret ℞. Libera me dñe. Et du; cantat, ſacerdos incẽſet corpus ſicut prius. Finito ℞io, cantor incipiat alta voce cũ ſuo choro. Kyrie eleiſon. Chriſte el. Kyrie el. Deinde P̄r nr̃. ℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. ℞. Sed libera nos a malo. ℣. Requiẽ eternã dona ei dñe. ℞. Et lux ꝑpetua luceat ei. ℣. Requieſcat in pace. ℞. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationẽ mea;. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcũ. ℞. Et cũ ſpũ tuo. Oremus.

Abſolue q̃s dñe animam famuli tui: vt defunctus ſeculo tibi viuat: ⁊ quę ꝑ fragilitatem humanę cõuerſationis peccata cõmiſit: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per Chriſtũ dñm noſtrũ. ℞. Amẽ.

Finita oõne, dictus ſacerdos ꝑcipiat portitoribus, an vt accipiat feretrũ. Illi vero accipiẽtes, deportẽt eũ ad tumulũ, ⁊ dũ deportat, clerici cãtẽt has ſequẽtes Añas. In paradiſu;. ⁊ Añ. Chorus vt ſ. Poſtea incipiat Aña. Ego ſum ꝑs. Benedictus dñs Deus Iſrael. Aña. Ego ſu; tota dicat poſt pſalmũ. Finita añ. ſacerdos cũ aqua bñdicta aſꝑgat tumulũ: ⁊ dicat alta voce. P̄r nr̃. Et oẽs ſub ſilentio dicãt Qui es in cęlis. ℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. ℞. Sed lib. nos a malo. ℣. Ne

intres in iudiciū cū ſeruo tuo dn̄e. ℞. Quia non iuſtificabit in conſpectu tuo oīs viuens.
℣. A porta inferi. ℞. Erue dn̄e animā eius.
℣. R egeſcat i pace. ℞. Amē. ℣. D ñe exaudi orōnē meā. ℞. Et clamor meꝰ ad te veniat.
℣. D n̄s vobiſcū. ℞. Et cū. O remus. Orō.
Satiſfaciat tibi q̄s dn̄e Deus noſter, pro anima famuli tui beatiſſimę dei genitricis, ſemperq; virginis Marię, & beatorum apoſtolorū Petri & Pauli, omniumq; ſanctorum tuorum oratio, & pręſentis familię tuę humilis, & deuota ſupplicatio: vt peccatorū omnium veniam, quam precamur obtineat: nec eū patiaris cruciari gehennalibus flammis, quē filij tui dn̄i noſtri Jeſu Chrī p̄cioſo ſanguine redemiſti. Qui tecū, & cū ſpū ſācto viuit, & regnat Deus. Per oīa ſcl'a ſeculorū.
℞. Amē. ℣. D n̄s vobiſcū. ℞. Et cū ſpū tuo.
Sacerdos dicat. Anima eius, & animę omnium fidelium defunctorum: per miſericordiam Dei requieſcāt in pace. ℞. Amen.
Et ſtatim cantor incipiat ℞. Memēto mei Deus. cum quo reuertuntur in eccleſiam.
Cum autē reuerſi fuerint in eccleſiam ordinate ſtent in choro, & finito ℞. ſacerdos dicat
Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos inducas in tentationē.
℞. Sed libera nos a malo. ℣. R equiem ęternā dona ei dn̄e. ſicut ſuperius. O remꝰ. Orō.
Tibi

Tibi domine cōmẽdamus aīam famuli tui: vt defunct⁹ ſeculo tibi viuat, ⁊ ſi quã ꝑ fragilitatẽ mũdanẽ cõuerſationis peccata commiſit: tu venia miſericordiſſimẽ pietatis abſterge. Per Chrm dñm nſm. ℞. Amẽ.

OFFICIVM PARVVLORVM puerorum.

Quando puer extrahitur, dicitur Aña:

Sit nomen domini benedictū: ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculum. pſalmus. Laudate pueri dominū. Et repetitur Aña. Sit nomen domini benedictum. ℣. Hic accipiet benedictionem a domino. ℞. Et miſericordiam a Deo ſalutari ſuo. Kyrie eleiſ. Chriſte elei. Kyrie elei. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℞. Sed libera nos. ⁊c. ℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. ℞. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in ẽternum. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℞. Et clamor me⁹. ℣. Dñs vobiſ. Orem⁹.

Omnipotens, ⁊ mitiſſime De⁹, q omnibus paruulis renatis fonte baptiſmatis, dũ migrant a ſeculo, ſine vllis eorũ meritis, vitã illico largiris eternam: ſicut animẽ huius paruuli, (paruulẽ) credim⁹ te feciſſe: fac nos queſumus, per interceſſionẽ beatẽ Marie ſemꝑ virginis: ⁊ oium electorum tuorum,

hic purificatis tibi mētibus famulari, ⁊ in paradiſo beatis paruulis perēniter ſociari. Per Chr̄m dn̄m. ℟. Amē. Añ. Iuuenes, ⁊ virgines, ſenes cū iunioribus laudate dn̄m de celis. ps. Laudate dn̄m de celis. cū Gloria. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pater noſter. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Talium eſt enim regnum celorum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſancte puritatis amator: q animā huius paruuli ad celorum regnū hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiā ita nobiſcum miſericorditer agere: vt meritis tue ſanctiſſime paſſionis, in eodem regno nos cum omnibus ſanctis, ⁊ electis tuis ſemper facias congaudere. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate. ℟. Amē. Añ. Benedicite dn̄m. Canticum trium puerorum. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o. Añ. Benedicite dn̄m oēs electi eius: agite diē letitie, ⁊ cōfitemini illi. Oratio.

Deus, q miro ordine angelorū miniſteria, hoimqꝫ diſpēſas, ꝯcede ꝓpitius, vt quibus tibi miniſtrantibus in celo ſemper aſſiſtitur: ab his in terra vita noſtra muniat. Per dominum noſtrū Ieſum Chr̄m filium tuum.

tuum. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. ℣. Et fideliū animę per miſericordiam.
¶ Quando funus effertur in eccleſiam, in qua ſepeliri debet: tunc additur ſequens officiū ſecundū morem Venetorum. Antiphona.



Non timebis anima: quia Chriſtus paſſus eſt: Per cuius paſſionez, nos redempti ſumus. Aña. Dominus cuſtodiat te ab omni malo, cuſtodiat animam tuaz dñs. Per cuius paſſionē. Aña. In paradiſuz deducāt te angeli: in tuo aduē tu ſuſcipiant te martyres, ⁊ perducāt te in ciuitatem ſanctam Jeruſalem. Aña. Chorus angelorum, te ſuſcipiat, ⁊ cum Lazaro quondam paupere, ęternam habeas requiem.
Deinde venit ſacerdos illius eccleſię cū ſuis clericis, ⁊ reliquū proſequit officiū: ſic dicens.
Aña. Quomodo confitebor tibi dñe, quādo veneris in iudicio tuo: quia cor meū mundū nō cuſtodiui; animā meā in carne poſitā pollui: templū corporis mei de opere iniquitatis coinquinaui: ꝑcor te dñe, antequam diſcutias me: miſerere mei; tibi ſoli peccaui dñe, miſerere mei. Dicit ſacerdos. Kyrie el. Chͬe el. Kyrie el. Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe.

℣. Requiē ęternā dona eis dñe. ℟. Et lux.
℣. Requieſcat i pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exau
di oratio. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobi
ſcum. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus. Oratio.
Adeſto q̄s dñe ſupplicationibus nr̄is, ⁊
pias aures tuas ad pces nr̄as iclinare
digneris: vt nos de throno maieſtatis tuę cle
meter exaudias, ⁊ orōnes famulatus nr̄i di-
gnāter admittas. Te inuocam⁹ dñe ſancte, pr̄
oipotens, ęterne Deus, p aia famuli tui. N.
quē hodierna die de hac luce vocare digna-
tus es, vt iubeas ei p̄parari paradiſi tui lo-
ca virētia: nō exurat eū flāma ignis crudelis
gehēnę: qa ppterea dñs nr̄ Jeſus Chr̄s fili⁹
tuus, in ligno crucis ſub Pōtio Pilato pati
dignatus eſt, vt animas, q̄ p Adę trāſgreſſio-
nē perierāt, ſua ſancta reſurrectione ab infer
ni clauſtris liberaret. Cōfundant ergo gehē
nę ianitores, ⁊ miniſtri nequitię erubeſcant.
Deducāt eā angelice poteſtates in finib⁹ pa-
triacharū Abrahę, Jſaac, ⁊ Jacob patrū no-
ſtrorū: cōſequat a tua potētia paratā electis iu
cūditatē, ⁊ a dextris hęreditatē adepta letet:
vt cū dies ille tremēdę agnitionis tuę aduene
rit, vna cū ſāctis, ⁊ electis tuis, q tibi placue-
rūt, reſurgere mereat ad indulgentiā, nō ad
pęnā: ⁊ aiam illā quā fontis vnda perfudit, ⁊
chriſma ſalutis inūxit, nō ſinas flāmarū ardo-
ribus

rib⁹ cruciari, nec peccatorũ vinculis alligari: ſed liberã redde paradiſo tuo, ꝑ indulgentiã pietatis tuę, q̃a tuã clemẽtiã dñi in hoc ſeculo ꝯſitit, non negauit. Per Chriſtũ dñz noſtrũ. ℟. Anima hui⁹, dũ dereliqueret mũdũ, ſoli Deo deuota eſt: caro eniz requieſcet donec tẽp⁹ veniet. ℣. Ad te dñe leuaui aĩaz meã: Deus me⁹ i te ꝯfido, nõ erubeſcã. Caro. Oremus.

Deus vniuerſorũ creator, ⁊ cõditor: qui es beatitudo ſanctorũ: preſta nobis petentibus: vt ſpũm fratris (vel ſororis) noſtri, a corporis nexibus abſolutũ: in lucis ęternę facias regione gaudere. Per Chrĩz dñz nr̃z. ℟. Aiam de corpore: quã aſſumpſiſti dñe, fac gaudere cũ ſctis tuis in glĩa. Oremus. Orõ.

Supplices exoramus pietatẽ tuam dñe ſancte, pater oĩpotẽs, ęterne Deus, pro anima famuli tui: quam de hac luce accerſiri iuſſiſti, vt eam in regione viuorũ conſtituens: partem beatę reſurrectionis inter ſanctos ⁊ electos tuos habere cõcedas. Per Chriſtũ. ℟. In paradiſũ deducãt te angeli; i tuo. ⁊c. Añ. Ego ſum. Cã. Benedictus. Añ. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita: qui credit in me, etiaz ſi mortuus fuerit, viuet, ⁊ omnis qui viuit ⁊ credit in me, nõ morieť in ęternũ. Kyrie elei. Chriſte el. Kyrie el. Orõ. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Dñe exaudi

orationē meā. ℞. Et clamor meus. ℣. Dñs vobiſcum. ℞. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

TIbi dñe cōmendamus animaʒ famuli tui: vt defunctus ſeculo, tibi viuat. Et ſi qua per fragilitatem humanę cōuerſationis peccata admiſit: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per Chriſtū dñm noſtrū.

Oratio pro omnibus defunctis.

DEus in cuius miſeratione aię fideliū requieſcunt: famulis ⁊ famulabus tuis omnibus, hic ⁊ vbiqʒ in Chriſto qeſcentib⁹: da propitius veniā peccatorū: vt a cūctis reatibus abſoluti: tecū ſine fine lętent. Per Chriſtū. ℣. Requiē ęternā. ℞. Et lux ꝑpetua. ℣. Requieſcant in pace. ℞. Amen. ℣. Anima eius ⁊ omniū fideliū defunctorū per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℞. Amē.

¶ In anniuerſariis vnius, vel pluriū defunctorū fit ſequens officiū. Cātata miſſa dicat. ℞. Redēptor. cū ſequentibus orationibus.

REdēptor meus viuit, ⁊ in nouiſſimo die reſurgam, ⁊ renouabuntur denuo oſſa mea. Et in carne mea videbo dñm deuʒ. ℣. Lauda aīa mea dñm: laudabo dñm in vita mea: pſallā Deo meo q̄ diu ero. Et in carne. ℣. Regeʒ eternā. Et i carne. Kyrie el. Chře el. Kyrie el. Oro. P ł nr̄. ℣. Et ne nos. ℞. Sed lib. ℣. Requiē ęternā. ℞. Et lux ꝑpetua.

tua. ℣. A porta iferi. ℟. Erue dñe. ℣. Requiescāt in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. D ñs vob. ℟. Et cū spū. Orēs.

TE dñe sancte, pater omnipotēs, eterne Deus, supplices deprecamur ꝑ animabus famulorum, famularumqȝ tuarū: vel famuli tui quos, vel quem de voraginibus huius seculi ad te accersiri ꝑcepisti: vt digneris eis, vel ei dñe dare locum lucidum, ⁊ locum refrigerij, ⁊ quietis: liceatqȝ eis, vel eij transire portas infernorū, ⁊ penas tenebrarum: maneātqȝ vel maneātqȝ in māsionib⁹ sanctoꝝ, ⁊ in luce sancta, quā olim Abrahe ꝓmisisti, ⁊ semini ei⁹: nullaȝ lesionē sustineāt vel sustineat spūs eoꝝ: vel eius: sed cū magn⁹ dies ille resurrectionis, ac remunerationis aduenerit: resuscitare eos, vel eum: digneris dñe ad requiē vna cū sanctis, ⁊ electis tuis: deleasqȝ eorū vel eius delicta, atqȝ peccata, vsqȝ ad nouissimū quadrantē: tecūqȝ immortalitatis vitā ⁊ regnū consequant̄ vel ꝯsequat̄ eternum. Per. Añ. Hec reqes mea in seculum seculi: hic habitabo quoniā p̄relegi eā. Oremus.

DEus vulneris nouitate ꝑculsi, ⁊ quodāmodo cordib⁹ sauciati: misericordiā tuā redēptor mūdi flebilibus vocibus imploramus: vt carorū nostrorū animas: vel cari nři aiaȝ ꝓpriū ad te datorē reuertētes: vel reuertentem:

ricte blāde, leniterq; ſuſcipias: vt ſi quas ille illa ex hac carnali cōmixtiōe cōtraxerunt vel contraxit maculas: tu Deus ſolita pietate clemēter indulgeas: obliuioniq; in ppetuū tradas: atq; eādē laudē tibi cū ceteris reddituras, vel redditura; ⁊ ad corpora vel corpus: quādoq; reuerſuras vel reuerſura; ſanctoꝝ tuoꝝ cetib⁹ aggregari pcipias ſaluator mundi. Per Chriſtū dn̄m. Añ. Animā pcamur quā creaſti dn̄e: vt ſuſcipi iubeas i regnū tuū: ⁊ i ſinu Abrahe collocari facias, vt cū beato Lazaro portionē pcipiat. Oremus. Oratio.

Omnipotētis Dei miſericordiā depcemur: cui⁹ iudicio naſcimur, ⁊ finimur: vt ſpūs fratrū, ⁊ ſororū: vel fratris, ⁊ ſororis nr̄e ɔgregationis: quos, vel quez: dn̄i pietas de incolatu mūdi huius trāſire pcepit: requies eterna ſuſcipiat, ⁊ eos vel eū; beate reſurrectioni pſentet, ⁊ i finibus Abrahe Iſaac ⁊ Iacob collocare digneſ. Per Chrū;. Añ. Spiritus tu⁹ bon⁹ deducet me in viā rectā: pptcr nomē tuū dn̄e, viuificabis me i eqtate tua, ⁊ educes de tribulatione aiaz meā. Oremus.

Deus, q iuſtis ſupplicatiōib⁹ ſēp pſto es: q pia vota dignaris itūeris: da famulis, ⁊ famulab⁹ tuis: vel famulo tuo quorum, vel quarū: vel cuius: hodie officia pſlamus, cū ſāctis, atq; electis tuis beati muneris portionē.

Per

Chriſtum. ℟. Amē. Añ. Credo dñe Deus meus Jeſu Chriſte carnis reſurrectionē, ⁊ vitā eternā: ſed tñ depcor tuā clemētiā, vt nō inter hedos: ſed inter oues ꝯſortiū merear. Oremus. Oro.

Clementiam tuaz ſuppliciter exoramus dñe ſancte, pr̄ oīpotēs, eterne deus: redēptor animarū: pro animabus famulorꝫ famularūqꝫ tuarū: vel aīa famuli tui: quos vel quez de hac luce accerſiri iuſſiſti: vt angelus tuus ſuſcipiat eos: vel eū: ⁊ ſpiritus tuus refrigeret eos: vel eū: vt cū iudicabunt: vel iudicabitur: nō exeant condēnati: vel exeat condemnatus, vel cōdemnata. Per Chriſtum. ℟. Amē. ps. De profundis clamaui. totuz. ℣. Requiem eternaz. ℟. Et lux perpetua. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eoruꝫ. ℣. Requieſcāt. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiri. Oremus. Oro.

Omnipotēs ſempiterne Deus: annue precibus nr̄is ea, q̄ poſcimus, ⁊ da oībus fidelibus tuis: quorū corpora hic ⁊ vbiqꝫ in Chriſto requeſcunt, refrigerij ſedē, quietis beatitudinez, ⁊ luminis claritatē: vt q peccatoruz ſuorū pōdere pregrauant, eos ſupplicatio cōmēdet eccleſie. Per Chriſtū. ℟. Amē. ℣. Requiē eternā dona eis dñe. ℟. Et lux ppetua luceat eis. ℣. Requieſcāt in pace. ℟. Amen.



OFFICIVM DEFVNCTORVM.

Ad Veſp. Añ. Placebo domino. Pſalmꝰ.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus, vocem orationis meę.

Quia inclinauit aurẽ ſuã mihi: ⁊ in diebus meis inuocabo.

Circundederunt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomen domini inuocaui.

O domine libera animam meã, miſericors dominus, ⁊ iuſtus: ⁊ Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiẽs paruulos dominus, humiliatus ſum, ⁊ liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meã de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapſu.

Placebo domino in regione viuorum.

Requiem ęternam dona eis domine.

Et lux ꝑpetua luceat eis. Añ. Placebo dño in regione viuorũ. Aña. Hei mihi. Pſalꝰ.

Ad dominum cũ tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me.

Domine libera animam meã a labijs iniquis, ⁊ a lingua doloſa.

Quid

Q uid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam:
S agittę potentis acutę: cum carbonibus deſolatorijs.
H ei mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt: habitaui cũ habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.
C um his, qui oderunt pacẽ, eram pacificus: cũ loquebar illis, impugnabant me gratis.
R equiem ęternam dona eis domine.
E t lux perpetua luceat eis.
Antipho. Hei mihi domine: quia incolatus meus prolongatus eſt. Aña. Dominus. ps.
L Euaui oculos meus in montes: vnde veniet auxilium mihi.
A uxiliũ meũ a dño, qui fecit cęlũ, ⁊ terram.
N on det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
E cce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.
D ominus cuſtodit te, dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.
P er diẽ ſol nõ vret te: neq; luna per noctẽ.
D ominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dominus.
D ominus coſtodiat introitum tuum, ⁊ exitum tuum: ex hoc, nunc, ⁊ vſque in ſeculum.
R equiem ęternam dona eius domine.

Añа. Dñs custodit te ab omni malo: custodiat aiaȝ tuam dñs. Añ. Si iniquitates. ps.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuę intendentes: in vocem deprecationis meę.
Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt, ⁊ propter legē tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſqȝ ad noctem: ſperet Iſrael in domino.
Quia apud dominum miſericordia: ⁊ copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem ęternam dona eis domine.
Añа. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit? Añа. Opera manuum. ps.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.
In ꝯſpectu angelorū pſallā tibi: adorabo ad templū ſanctū tuū, ⁊ confitebor nomini tuo.
Super miſericordia tua, ⁊ veritate tua: qm̄ magnificaſti ſuper omne nomen ſanctū tuuȝ.
In quacūque die inuocauero te, exaudi me:

multiplicabis in anima mea virtutem.
C onfiteantur tibi domine omnes reges ter-
rę: quia audierunt omnia verba oris tui.
E t cantent in vijs domini: quoniam magna
eſt gloria domini.
Q uoniam excelſus dominus, ⁊ humilia re-
ſpicit: ⁊ alta a longe cognoſcit.
S i ambulauero in medio tribulationis viui
ficabis me: ⁊ ſuper irā inimicoꝝ meoꝝ extē-
diſti manuꝫ tuā, ⁊ ſaluū me fecit dextera tua.
D n̄s retribuet ꝑ me: dn̄e miſericordia tua
in ſeculū: opera manuū tuaruꝫ ne deſpicias:
R equiem ęternam dona eis domine.
Añ Opa manuū tuaruꝫ dn̄e ne deſpicias.
℣. Audiui vocem de cęlo dicentem mihi.
℟. Beati mortui, qui in domino moriūtur.
Antiphona. Omne quod dat mihi pater.

Canticum beatę Marię.

M Agnificat: anima mea dominum.
E t exultauit ſpiritus meus: in Deo
ſalutari meo.
Q uia reſpexit humilitatem ancillę ſuę: ecce
eniꝫ ex hoc beatā me dicēt oēs generationes.
Q uia fecit mihi magna qui potēs eſt: ⁊ ſan-
ctum nomen eius.
E t miſericordia eius a progenie in proge-
nies: timentibus eum.
F ecit potentiaꝫ in brachio ſuo: diſperſit ſu-
perbos

per bos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: ⁊ exaltauit humiles:
Eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordię ſuę.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham: ⁊ ſemini eius in ſecula.
Requiem ęternam dona eis domine.
Aña. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: ⁊ eum, qui venit ad me non eijciam foras. Pater noſter. Pſalmus.
Lauda anima mea dominum: laudabo dominū in vita mea: pſallam Deo meo quam diu fuero.
Nolite confidere in principibus: neq; in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.
Exibit ſpiritus eius, ⁊ reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in domino Deo ipſius, qui fecit cęlum, ⁊ terram: mare, ⁊ omnia quę in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſeculuʒ: facit iudiciū iniuriā patiētibus, dat eſcā eſurientibus.
Dominus ſoluit compeditos: dominus illuminat cęcos.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ROMA

Dominus erigit eliſos: dñs diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas, pupillū, & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorū diſperdet.
Regnabit dominus in ſecula: Deus tuus Sion, in generatione & generationem.
Requiem ęternam dona eis domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. A porta inferi.
℟. Erue domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pōtificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: pręſta q̄ſumus, vt eorum quoq̄ perpetuo aggregetur conſortio.

Deus, venię largitor, & humanę ſalutis amator: quęſumus clemētiā tuā vt noſtrę cōgregationis fratres, ſorores, propinquos, & benefactores noſtros, q. ex hoc ſeculo tranſierunt: beata Maria ſemper virgine intercedēte, cū omnibus ſanctis tuis: ad perpetuę beatitudinis conſortiū peruenire concedas.

Fidelium Deus omniū cōditor, & redēptor: animabus famulorū, famularūq̄ tuarum remiſſionē cunctorum tribue peccatorum:

lorũ:vt indulgentiã,quã ſemꝑ optauerũt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis ⁊ regnas cũ Deo patre in vnitate ſpũs ſancti Deus:ꝑ omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen.


℣. Requiem ęternam dona eis domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.


℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Ad Matutinum Inuitatorium.




Regem. ℣. Quoniaȝ Deus magnus
dominus: ⁊ rex magnus ſuper omnes
deos: quoniam non repellet dominus
plebe ſuam: quia in manu eius ſunt oēs
fines terrę: ⁊ altitudines mōtiū ipſe cō-
ſpicit. Venite. ℣. Quoniam ipſius eſt
mare: ⁊ ipſe fecit illud: ⁊ aridā fundaue-
runt


runt manus eius. Venite adoremus, ꝛ
procidamus ante Deū: ploremus corā
dn̄o, qui fecit nos: quia ipſe eſt dn̄s Deus
noſter: nos aūt populus eius, ꝛ oues pa-
ſcue eius. Regem ℣. H odie ſi vocem
eius audieritis, nolite obdurare corda
veſtra. Sicut in exacerbatione ſecundū


die, tentationis in deſerto, vbi tentaue-
rūt me p̃res veſtri: probauerūt, ⁊ vide-
rūt opa mea. Venite ado rem⁹. ℣. Q ua-
draginta annis p̃ximus fu i generatio-
ni huic: ⁊ dixi ſemper hi errant corde:
ipſi vero non cognouerunt vias meas,
quibus iuraui in ira mea: ſi introibunt

in

in re quiem meam. Regem.

℣. Requiem ęternã dona eis domine.

Et lux ꝑpetua luceat e is. R egez cui.

IN PRIMO NOCTVRNO. Añ.

O i rige. Pſal's.

VErba mea auribus percipe domine; intellige clamorem meum. Intende voci orationis meę: rex meus, ⁊ Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane ſtabo tibi, ⁊ videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.


Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium

Uirum ſanguinum, ⁊ doloſuꝫ abominabit dñs: ego aūt in multitudine miſericordię tuę.
Introibo in domuꝫ tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
Dñe deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viā meam.
Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.
Sepulcrum patens eſt guttur eoruꝫ: linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinē impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes, qui ſperant in te: in ęternum exultabunt, ⁊ habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniā tu dñę benedices iuſto.
Domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę: coronaſti nos.
Requiem ęternam dona eis domine.

Aña.



Dirige domine Deus me us:




in conſpectu tu o vi am meam.

Euouae.




E v o v a e. Añ. Conuertere domine.


Domine ne in furore tuo arguas me:
neque iñ ira tua corripias me.
Miſerere mei dñe, qm̃ infirmus ſuꝫ: ſana me
dñe, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu do-
mine vſquequo?
Conuertere domine, ⁊ eripe animam meã:
ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit
tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingu
las noctes lectum meum: lachrimis meis
ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus meus: inuete-
raui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite a me omnes qui operamini ini-
quitatem: quoniam exaudiuit dominus vo-
cem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meaꝫ:
dominus orationem meam ſuſcepit.
Erubeſcant, ⁊ conturbentur vehementer
omnes inimici mei: conuertantur, ⁊ erube-
ſcant valde velociter.
Requiem ęternam dona eis domine.



Aña. Conuertere domine: ⁊ eripe animam



meaꝫ: quoniam nõ eſt in morte qui me-



mor ſit tui. E v o v a e. Aña. Ne qñ. ps.

Domine Deus meus in te ſperaui: ſal
uum me fac ex omnibus perſequenti
bus me, ⁊ libera me.

Ne quãdo rapiat vt leo animaꝫ meaꝫ: dum
non eſt qui redimat neqꝫ qui ſaluum faciat.

Domine Deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt ini-
quitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: de-
cidam merito ab inimicis meis inanis.


Perſequatur inimicus animam meaꝫ: ⁊ cõ-
prehendat, ⁊ conculcet in terra vitam meaꝫ:
⁊ gloriam meam in puluerem deducat.

Exurge domine in ira tua: ⁊ exaltare in fi-
nibus inimicorum meorum.

Exurge dñe Deus meus in precepto quod
mãdaſti: ⁊ ſynagoga populorũ circũdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: domi-
nus iudicat populos.
Iudica me domine ſm̃ iuſtitiam meam: ⁊
ſecundum innocentiam meam ſuper me.
Conſumetur nequitia peccatorum, ⁊ diriges
iuſtum: ſcrutans corda, ⁊ renes Deus.
Iuſtum adiutorium meum a domino: qui
ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus, fortis ⁊ patiens: nũquid
iraſcetur ꝑ ſingulos dies? Niſi cõuerſi fueri-
tis, gladiũ ſuũ vibrauit: arcũ ſuũ tetẽdit, ⁊ pa
rauit illũ. Et i eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſu
as ardẽtib⁹ effecit. Ecce parturit iniuſtitiã, cõ-
cepit dolorẽ: ⁊ peperit iniquitatẽ. Lacũ ape
ruit, ⁊ effodit eũ: ⁊ incidit in foueã quã fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: ⁊ in
verticẽ ipſius iniquitas eius deſcẽdet. Con-
fitebor domino ſecundũ iuſtitiã eius: ⁊ pſal-
lam nomini dñi altiſſimi. Requiem ęternam
dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis.





,qui ſaluum faciat. E v o v a e.

℣. A porta inferi.


℟. Erue domine animas eorum.

Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos. Lectio j.

Parce mihi domine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo quia magnificas eū: aut quid apponis erga eū cor tuū? Viſitas eū diluculo: ⁊ ſubito probas illum. Uſquequo nō parcis mihi: nec dimittis me: vt glutiā ſaliuā meā? Peccaui. Quid faciā tibi o cuſtos hominū? Quare poſuiſti me contrariū tibi: ⁊ factus ſū mihimetipſi grauis? Cur nō tollis peccatū meū: ⁊ quare nō auferes iniquitatē meā? Ecce nunc in puluere dormiā: ⁊ ſi mane me quęſieris nō ſubſiſtā.



℟. j. Credo q̄ redēptor me- us vi-



uit: ⁊ in nouiſ- ſimo di- e

de




Lectio ii.

TAedet animaʒ meaʒ vitę meę: dimittā aduerſum me eloquiū meū. Loquar in amaritudine animę meę. Dicam Deo: noli me cōdemnare. Indica mihi cur me ita iudices.

dices. Nunqd bonū tibi videt: ſi calūnieris, τ opprimas me opus manuū tuaruʒ, τ cōſiliū impioꝝ adiues? Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, τ tu vides? Nunqd ſicut dies hoīs, dies tui: τ anni tui ſicut humana ſunt tpa? Ut q̄ras iniq̄tateʒ meā: τ pctm̄ meū ſcruteris. Et ſcias q̄ nihil impiū fecerim: cū ſit nemo q̄ d̄ manu tua poſſit eruere.










Lectio tertia

Manus tuę dn̄e fecerunt me: ꝛ plaſmauerũt me totũ in circuitu: ꝛ ſic repente præcipitas me? Memẽto queſo, ꝙ ſicut lutuz feceris me: ꝛ in puluerẽ reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me: ꝛ ſicut caſeũ me coagulaſti? Pelle, ꝛ carnibus veſtiſti me: oſſib⁹, ꝛ neruis cõpegiſti me. Vitã, ꝛ miſericordiã tribuiſti mihi: ꝛ viſitatio tua cuſtodiuit ſpũm meũ








Quia pcc caui ni mis in vi·
ta me a. ℣. Cōmiſſa me·
a pauesco: ⁊ ante te erube ſco.
dū veneris iudicare noli me condē·
na re. Quia. ℣. Requiem
ęternā dona eis domi ne: ⁊ lux p·
petua lu ceat e is. Quia.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Antiphona. In loco paſcuę. Pſalmus.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuę ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitię: propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulauero in medio vmbrę mortis: non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam pręclarus eſt.

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitę meę.

Et vt inhabitem in domo domini: in longitudine dierum.

Requiem ęternam. Aña. In loco paſcuę, ibi me collocauit. Aña. Delicta. Pſalmus.

Ad te dñe leuaui animã meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam.

Neque irideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: ſuperuacue.

Vias tuas domine demonſtra mihi: ⁊ ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, ⁊ doce me: quia tu es Deus ſaluator meus, ⁊ te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationum tuarũ domine: ⁊ miſericordiarum tuarum, que a ſeculo ſunt.
Delicta iuuentutis meę: ⁊ ignorãtias meas ne memineris.
Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.
Dulcis, ⁊ rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.
Uniuerſę vię Domini miſericordia ⁊ veritas: requirentibus teſtamentum eius, ⁊ teſtimonia eius.
Propter nomen tuum domine propitiabeŗis peccato meo: multum eſt enim.
Quis eſt homo, qui timet dominum: legem ſtatuit ei in via, quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: ⁊ ſemẽ eius hęreditabit terram.
Firmamentum eſt dñs timentibus eum: ⁊ teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad dominum: quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me, ⁊ miſerere mei: quia vnicus.

ꝛ pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
Uide humilitatem meam, ꝛ laborem meū: ꝛ dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos; quoniā multiplicati ſunt: ꝛ odio iniquo oderunt me.
Cuſtodi animam meam, ꝛ erue me: nō erubeſcam: quoniam ſperaui in te.
Innocentes, ꝛ recti adheſerunt mihi: quia ſuſtinui te.
Libera Deus Iſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis. R equiē ęternā dona eis dn̄e.
Ana. Delicta iuuentutis meę, ꝛ ignorantias meas ne memineris dn̄e. Ana. Credo. ps.
Dominus illuminatio mea, ꝛ ſalus mea: quem timebo?
Dn̄s protector vitę meę: a quo trepidabo?
Dum appropiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, ꝛ ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prelium: in hoc ego ſperabo.
Unā petij a dn̄o, hanc requirā: vt inhabitem in domo dn̄i omnibus diebus vitę meę:

U t videam voluntatem domini, ⁊ viſitem templum eius.

Q uoniam abſcōdit me in tabernaculo ſuo: in die malorū protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

I n petra exaltauit me, ⁊ nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.

C ircuiui, ⁊ immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo, ⁊ pſalmum dicam domino.

E xaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te: miſerere mei, ⁊ exaudi me.

T ibi dixit cor meū, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.

N e auertas faciem tuā a me, ⁊ ne declines in ira a ſeruo tuo.

A diutor meus eſto, ne derelinquas me: neq̄ deſpicias me Deus ſalutaris meus.

Q uoniam pater meus, ⁊ mater mea dereliquerunt me: dominus autem aſſumpſit me.

L egē pone mihi dn̄e in via tua: ⁊ dirige me in ſemitam rectam, propter inimicos meos.

N e tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi.

C redo videre bona dn̄i: in terra viuentium.

E xpecta dominum, viriliter age: ⁊ confortetur cor tuum: ⁊ ſuſtine dominum.

R equiem

℟ equiem eternam. Aña. Credo videre bona domini, in terra viuentium.
℣. Collocet eum dominus cum principibus. ℟. Cum principibus populi ſui.
℣. Pater noſter. ℟. Et ne nos. Lectio iiij.
Reſpōde mihi: quātas habeo iniquitates & peccata: ſcelera mea, atqꝫ delicta oſtēde mihi: Cur faciē tuā abſcōdis: & arbitraris me inimicū tuuꝫ? Contra foliū quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuā, & ſtipulam ſiccam perſequeris: Scribis eniꝫ cōtra me amaritudines: & ꝯſumere me vis peccatis adoleſcentię meę. Poſuiſti in neruo pedem meum: & obſeruaſti oēs ſemitas meas: & veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum: & quaſi veſtimentum, quod comeditur a tinea.
℣. Memento mei Deus: quia ventus eſt vita mea. Nec aſpiciat me viſus hominis.
℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Nec. Lectio v.
Homo natus de muliere, breui viuens tēpore, replet multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur, & conterit: & fugit velut vmbra: & nunq̄ in eodē ſtatu ꝑmanet. Et dignū ducis ſuꝑ huiuſcemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecuꝫ in iudiciū? Quis poteſt facere mundū de immūdo cōceptū ſemi

ne? Nonne tu q ſolus es? Breues dies hoīs ſunt: numerus mēſiū eius apud te eſt: Cōſtituiſti terminos eius: q pteriri non poterunt. Recede ergo paululū ab eo: vt qeſcat, donec optata veniat, ⁊ ſicut mercenarij dies eius.
R. Hei mihi dñe qa peccaui nimis in vita mea: quid faciā miſer? vbi fugiam, niſi ad te Deus meus? Miſerere mei duʒ veneris in nouiſſimo die. V. Aia mea turbata eſt valde: ſed tu dñe ſuccurre ei. Miſerere. Lectio vj.
Quis mihi hoc tribuat: vt in inferno protegas me, ⁊ abſcōdas me, donec ptranſeat furor tuus, ⁊ cōſtituas mihi tēpus in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rurſum viuat? Cunctis diebus, quibus nūc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, ⁊ ego reſpondebo tibi. Operi manuuʒ tuarum porriges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis.
R. Ne recorderis peccata mea domine. Dum veneris iudicare ſeculum per ignem. V. Dirige domine Deus meus in conſpectu tuo viam meam. Dum veneris.
V. Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. Dum veneris.
IN TERTIO NOCTVRNO.
Antiphona. Complaceat tibi. Pſalmus.
Expe-

Expectans expectaui dominum, ⁊ intendit mihi.

Et exaudiuit p̄ces meas: ⁊ eduxit me de lacu miſerię, ⁊ de luto fęcis.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos, ⁊ direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen deo noſtro.

Videbūt multi, ⁊ timebūt, ⁊ ſperabūt i dn̄o.

Beatus vir cuius eſt nomen dn̄i ſpes eius: ⁊ non reſpexit in vanitates, ⁊ inſanias falſas.

Multa feciſti tu dn̄e Deꝰ meꝰ mirabilia tua: ⁊ cogitationibus tuis nō eſt q̄ ſimilis ſit tibi.

Annunciaui, ⁊ locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium, ⁊ oblationeʒ noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum ⁊ pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me: vt facerē voluntatem tuam: Deus meus volui, ⁊ legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiaui iuſtitiā tuaʒ in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, dn̄e tu ſciſti.

Iuſtitiam tuaʒ non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, ⁊ ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam: a concilio multo.

Tu autē domine ne longe facias miſeratio-
nes tuas a me: miſericordia tua, ⁊ veritas tua
ſemper ſuſceperunt me.
Quoniam circundederunt me mala, quorū
non eſt numerus: comprehenderunt me ini-
quitates meę, ⁊ non potui vt viderem.
Multiplicatę ſunt ſuper capillos capitis mei,
⁊ cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me: do-
mine ad adiuuandum me reſpice.
Confundātur, ⁊ reuereantur ſimul, qui quę-
runt animam meam: vt auferant eam.
Conuertantur retrorſum, ⁊ reuereantur:
qui volunt mihi mala.
Ferant confeſtim confuſionem ſuam: qui
dicunt mihi, euge, euge.
Exultent, ⁊ lętentur ſuper te omnes quęren-
tes te, ⁊ dicant ſemper, magnificetur domi-
nus: qui diligunt ſalutare tuum.
Ego autem mendicus ſum, ⁊ pauper: do-
minus ſolicitus eſt mei.
Adiutor meus, ⁊ protector meꝰ tu es. Deus
meus ne tardaueris. Requiem ęternā. Añ.
Cōplaceat tibi dñe vt eripias me: dñe ad
adiuuandū me feſtina. Añ. Sana dñe. ps.
Beatus qui intelligit ſup egenū, ⁊ pau-
perem: in die mala liberabit eū dñs.
Dñs conſeruet eum, ⁊ viuificet eū: ⁊ beatū
faciat

faciat eum. in terra: ⁊ non tradat eũ in ani-
mam inimicorum eius.
D ominus opem ferat illi ſuper lectum do-
loris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in
infirmitate eius.
E go dixi, domine miſerere mei: ſana animã
meam, quia peccaui tibi.
I nimici mei dixerunt mala mihi: quando
morietur, ⁊ peribit nomen eius?
E t ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem ſibi.
E grediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipſum.
A duerſum me ſuſurrabant omnes inimici
mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.
V erbum iniquum conſtituerunt aduerſum
me: nunquid qui dormit, non adijcet vt re-
ſurgat?
E tenim homo pacis meę, in quo ſperaui:
qui edebat panes meos, magnificauit ſuper
me ſupplantationem.
T u autem domine miſerere mei, ⁊ reſuſcita
me: ⁊ retribuam eis.
I n hoc cognoui quoniam voluiſti me: quo-
niã non gaudebit inimicus meus ſuper me.
M e autem propter innocentiam ſuſcepiſti:
⁊ confirmaſti me in conſpectu tuo in ęternũ.
B enedictus dñs Deus Iſrael a ſeculo: ⁊
vſq; in ſeculum, fiat, fiat. R equiem ęternam.
Aña.

Añā. Sana domine animā meā: quia peccaui tibi. Antiphona. Sitiuit. Pſalmus.

Q Uemadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

S itiuit anima mea ad Deum fontē viuū: quando veniā, ⁊ apparebo ante faciē Dei:

F uerunt mihi lachrimę meę panes die ac nocte: dū dicit mihi quotidie, vbi ē De⁹ tu⁹:

H ęc recordatus ſum, ⁊ effudi in me animā meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſqȝ ad domum Dei.

I n voce exultationis, ⁊ confeſſionis: ſonus epulantis.

Q uare triſtis es anima mea: ⁊ quare conturbas me:

S pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, ⁊ Deus meus.

A d meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Jordanis, ⁊ hermonij a monte modico.

A byſſus abyſſum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

O mnia excelſa tua, ⁊ fluctus tui: ſuper me tranſierunt.

I n die mandauit dominus miſericordiam ſuam: ⁊ nocte canticum eius.

A pud me oratio Deo vitę meę, dicā Deo

ſuſceptor

ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei, ꝛ quare contriſtatus incedo: dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur oſſa mea: exprobraue- runt mihi, qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus: quare triſtis es anima mea: ꝛ quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, ꝛ Deus meus.
Requiem ęternã. Añ. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam ꝛ apparebo ante faciem domini?
℣. Ne tradas beſtijs animas cõfitentes tibi.
℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Lectio vij.
Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur, ꝛ ſolũ mihi supereſt ſepulchrũ. Non peccaui, ꝛ in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me dñe: ꝛ pone me iuxta te: ꝛ cuiuſuis manus pugnet cõtra me. Dies mei tranſierunt: cogitationes meę diſſipatę ſunt torquentes cor meũ. Noctem verterunt in diem: ꝛ rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt: ꝛ in tenebris ſtraui lectulũ meũ. Putredini dixi: Pater meus es: Mater mea, ꝛ ſoror mea, vermibus. Ubi eſt ergo nũc prę-

ſolatio mea, ⁊ patiētia mea: Tu es dn̄e Deꝰ meus. ℞. Peccantē me quotidie, ⁊ nō me penitentē: timoꝛ moꝛtis conturbat me. Quia in inferno nulla eſt redemptio: miſerere mei Deus, ⁊ ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluū me fac: ⁊ in virtute tua libera mē: Quia in inferno nulla eſt redemptio. Lectio. viii.

PElli meę cſumptis carnibus adhęſit os meū: ⁊ derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei: ſaltē vos amici mei: q̄a manus dn̄i tetigit me. Quare pſequimini me ſicut Deus, ⁊ carnibꝰ meis ſaturamini: Quis mihi tribuat: vt ſcribantur ſermones mei: Quis mihi det: vt exarent̄ i libꝛo ſtylo ferreo: ⁊ plūbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice: Scio enim ꝙ redēptoꝛ meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſū: ⁊ rurſum circūdaboꝛ pelle meā: ⁊ in carne mea videbo Deum ſaluatoꝛem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, ⁊ nō alius, ⁊ oculi mei ꝯſpecturi ſunt. Repoſita eſt hęc ſpes mea in ſinu meo. ℞. Domine ſecūdum actum meū noli me condemnare: nihil dignum in conſpectu tuo egi: ideo depꝛecoꝛ maieſtatem tuam. Ut tu Deus deleas iniquitatē meā. ℣. Amplius laua me dn̄e ab iniuſtitia mea, ⁊ a delicto meo mūda me. Ut tu Deus deleas. Lec. ix.

Quare

QUare de vulua eduxiſti me? q̄ vtinaȝ
cōſumptus eſſeȝ: ne oculus me videret.
Fuiſſem quaſi nō eſſeȝ, de vtero trāſlatus ad
tumulū. Nunquid nō paucitas dierū meoꝝ fi-
niet breui? Dimitte me ergo, vt plāgaȝ pau-
lulū doloꝛē meū: anteq̄ vadā, ⁊ nō reuertar,
ad terrā tenebꝛoſaȝ, ⁊ opertā moꝛtis caligine:
Terrā miſerię, ⁊ tenebꝛarū: vbi vmbꝛa moꝛtis,
⁊ nullꝰ oꝛdo: ſed ſempiternꝰ hoꝛroꝛ inhabitat.
℟. Libera me dn̄e dē vijs iferni. Qui poꝛtas
ęreas ꝯfregiſti, ⁊ viſitaſti ifernū, ⁊ dediſti eis lu-
mē vt viderēt te. Qui erāt i pęnis tenebꝛaꝝ.
℣. Clamantes, ⁊ dicētes: aduenisti redēptoꝛ
nr̄. Qui erāt. ℣. Reqeȝ ęternā dona eis dn̄e:
⁊ lux perpetua luceat eis. Qui erāt in pęnis.

AD LAUDES.

Añ. Exultabunt domino. Pſalmus.

MIſerere mei Deus: ſecunduȝ ma-
gnam miſericoꝛdiam tuam.
Et ſc̄m multitudinē miſerationū
tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea; ⁊ a
peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco:
⁊ peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, ⁊ malū coꝛā te feci: vt iuſtifi
ceris in ſermonibꝰ tuis, ⁊ vincas cū iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſuȝ:

⁊ in

ꝛ in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, ꝛ occulta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi.
Aſperges me domine hyſſopo, ꝛ mundabor: lauabis me, ꝛ ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, ꝛ lętitiam: ꝛ exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: ꝛ omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: ꝛ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua, ꝛ ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: ꝛ ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impij ad te cõuertentur.
Libera me de ſanguinibus, Deus Deus ſalutis meę: ꝛ exultabit lingua mea iuſtitiã tuã.
Domine labia mea aperies: ꝛ os meũ annunciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſẽ vtiq̃: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, ꝛ humiliatum Deus non deſpicies.
Benigne fac in bonis volũtate tua Syon: vt ędificentur muri Jeruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię, oblationes, ꝛ holocaſta:

ſta:tunc imponent ſuper altare tuū vitulos.
Requiē eternā. Aña. Exultabunt domino oſſa humiliata. Aña. Exaudi dñe. Pſal.
Te decet hymnus Deus in Syon:ꝛ tibi reddetur votū in Jeruſalē. Exaudi orationem meā: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum preualuerūt ſuper nos: ꝛ impietatibus noſtris tu propitiaberis.
Beatus quem elegiſti,ꝛ aſſumpſiſti: habitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue:ſanctum eſt templum tuū,mirabile in equitate. Exaudi nos Deꝰ ſalutaris noſter:ſpes omnium finiū terre,ꝛ in mari lōge.
Preparans montes in virtute tua accinctus potentia:qui conturbas profundum maris: ſonum fluctuū eius. Turbabuntur gentes ꝛ timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis:exitus matutini,ꝛ veſpere delectabis.
Viſitaſti terram,ꝛ inebriaſti eā: multiplicaſti locupletare eam. Flumen Dei repletum eſt aquis,paraſti cibum illorum, quoniā ita eſt preparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius letabitur germinans. Benedices corone anni benignitatis tue:ꝛ campi tui replebuntur vbertate. Pinguefcēt ſpecioſa deſerti:ꝛ exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouium:ꝛ valles abundabūt frumēto: clamabunt,

mabunt, etenim hymnum dicent. R equiez.
Aña. Exaudi orationem meã: ad te omnis
caro veniet. Aña. Me ſuſcepit. Pſalmus.

D Eus Deus me⁹: ad te de luce vigilo.
S itiuit in te anima mea: quaz multi-
pliciter tibi caro mea. I n terra deſerta, in-
uia ꝛ inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt
viderem virtutem tuam, ꝛ gloriam tuam.
Q uoniam eſt melioꝛ miſericoꝛdia tua ſuper
vitas: labia mea laudabũt te. S ic benedicã
te in vita mea: ꝛ in nomine tuo lauabo man⁹
meas. S icut adipe ꝛ pinguedine repleatur
anima mea: ꝛ labijs exultationis laudabit
os meum. S ic memoꝛ fui ſuper ſtratũ meuz
in matutinis meditaboꝛ in te, quia fuiſti ad-
iutoꝛ meus. E t in velamento alarum tuarũ
exultaboꝛ: adheſit anima mea poſt te: me ſuſce
pit dextera tua. I pſi vero in vanum quęſie-
runt animam meam: introibunt in inferioꝛa
terrę, tradẽtur in manus gladij, partes vul-
piũ erunt. R ex vero lętabitur in Deo, lau-
dabuntur omnes qui iurant in eo: quia ob-
ſtructum eſt os loquentium iniqua. D eus
miſereatur noſtri, ꝛ benedicat nobis: illumi-
net vultum ſuuz ſuper nos, ꝛ miſereatur no-
ſtri. V t cognoſcamus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus ſalutare tuuz. C on-
fiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi

populi

populi omnes. Letentur ⁊ exultent gentes, quoniam iudicas populos in equitate, ⁊ gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum. Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus, ⁊ metuant eum omnes fines terre. Requiem eternam. Aña. Me ſuſcepit dextera tua domine. Aña. A porta inferi. Pſalmus.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Queſiui reſiduum annorum meorum: dixi, non videbo dominũ Deum in terra viuẽtiũ.

Non aſpiciam hominem vltra: ⁊ habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt; ⁊ conuoluta eſt a me: quaſi tabernacula paſtorum.

Preciſa eſt velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de mane vſqꝫ ad veſperam finies me.

Sperabam vſque ad mane: quaſi leo, ſic contriuit omnia oſſa mea.

De mane vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſum.

Domine vim patior, reſponde pro me: quid

dicā, aut qd reſpōdebit mihi, cū ipſe fecerit?
R ecogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine animę meę.
D omine ſi ſic viuitur, ⁊ in talibus vita ſpiritus mei: corripies me, ⁊ viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
T u autem eruiſti animam meam, vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
Q uia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.
V iuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut ⁊ ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.
D omine ſaluum me fac: ⁊ pſalmos noſtros cantabimus cūctis diebus vitę noſtrę in domo domini.
R equiem ęternam dona eis domine.
E t lux perpetua luceat eis. Añа. A porta inferi: erue domine animas eorum. Aña. Omnis ſpiritus. Pſalmus.

L Audate dominū de cęlis: laudate eū in excelſis.
L audate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
L audate eum Sol, ⁊ Luna: laudate eū omnes ſtellę, ⁊ lumen.

Laudate eum celi celorũ, et aque omnes, que ſuper celos ſunt, laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit, et facta ſunt, ipſe mandauit, et creata ſunt.
Statuit ea in eternum, et in ſeculum ſeculi: preceptum poſuit, et non preteribit.
Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, que faciunt verbum eius.
Montes, et omnes colles: ligna fructifera, et omnes cedri.
Beſtie, et vniuerſa pecora: ſerpentes et volucres pennate.
Reges terre, et omnes populi: principes, et omnes iudices terre.
Iuuenes, et virgines, ſenes, cum iunioribus, laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper celum, et terram, et exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi.
Cantate domino canticum nouuz: laus eius in eccleſia ſanctorum.
Letetur Iſrael in eo, qui fecit eum: et filie Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomẽ eius in choro: in tympano,

⁊ pſalterio pſallant ei.
Q uia beneplacitum eſt domino in populo ſuo:⁊ exaltauit manſuetos in ſalutem.
E xultabunt ſancti in gloria : lętabuntur in cubilibus ſuis.
E xultationes dei in gutture eorum : ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.
A d faciendam vindictam in nationibus : increpationes in populis.
A d alligandos reges eorum in cõpedibus: ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis.
V t faciant in eis iudicium conſcriptum:gloria hęc eſt omnibus ſanctis eius.
L audate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
L audate eu̅ in virtutibus eius:laudate eũ ſecundum multitudinẽ magnitudinis eius.
L audate eum in ſono tubę: laudate eum in pſalterio,⁊ cithara.
L audate eum in tympano,⁊ coro:laudate eũ in cordis ⁊ organo.
L audate eum in cymbalis bene ſonãtibus: laudate eum in cymbalis iubilationis : omnis ſpiritus laudet dominum.
R equiem ęternam. Antiphona. Omnis ſpiritus laudet dominum. ℣. Audiui vocem de cęlo dicentẽ mihi. ℟. Beati mortui qui in dño moriuntur. Añã. Ego ſum. ps.
B enedi-

BEnedictus dñs Deus Iſrael: q̄a viſitauit, ⁊ fecit redemptionē plebis ſuę.
Et erexit coꝛnu ſalutis nobis: in domo Dauit pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctoꝛū: qui a ſeculo ſunt pꝛophetarum eius.
Salutē ex inimicis noſtris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericoꝛdiā cum patribus noſtris; ⁊ memoꝛari teſtamenti ſui ſancti
Iuſiurandum quod iurauit ad Abꝛaham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.
Ut ſine timoꝛe, de manu inimicoꝛū noſtroꝛum liberati: ſeruiamus illi.
In ſanctitate, ⁊ iuſtitia coꝛam ipſo: omnibus diebus noſtris
Et tu puer, pꝛopheta altiſſimi vocaberis: pręibis enim ante faciem dñi parare vias eius.
Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatoꝛum eoꝛum.
Per viſcera miſericoꝛdię Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oꝛiens ex alto.
Illuminare his, q̄ in tenebꝛis, ⁊ vmbꝛa moꝛtis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Requiē ęternā. Añã. Ego ſū reſurrectio, ⁊ vita: qui credit in me, etiam ſi moꝛtuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui viuit, ⁊ credit in me:

non morietur in ęternum. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. ℟. Sed libera nos a malo. ps. De profundis clamaui. 102. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oro.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos põtificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: pręſta quęſumus: vt eorum quoqꝫ perpetuo aggregetur cõſortio.

Deus, venię largitor, ⁊ humanę ſalutis amator: quęſumus clementiã tuã: vt noſtrę congregationis fratres, propinquos, ⁊ benefactores noſtros, qui ex hoc ſeculo tranſierũt: beata Maria ſemper virgine intercedente cũ omnibus ſanctis tuis: ad perpetuę beatitudinis conſortium ꝑuenire concedas.

Fideliũ Deus oĩum ↄditor, ⁊ redẽptor: animabus famulorũ, famularũqꝫ tuarũ, remiſſionem cunctorũ tribue peccatorum: vt indulgentiã, quam ſemꝑ optauerunt: pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus ſancti Deus, ⁊c. ℣. Requiem eternaꝫ dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. Oratio.

Abſolue

Abſolue quęſumus domine animas famulorũ,famularumq; tuarum: vt defuncti ſeculo tibi viuãt: ⁊ quę per fragilitatē mundanę conuerſationis peccata commiſerunt: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Sequuntur alię tres lectiones breues: dicendę in funeralibus, loco Parce mihi domine. Tędet animam meã, ⁊ Manus tuę domine fecerunt me. Lectio prima.

Ne des alienis honorē tuũ: ⁊ annos tuos crudeli: ne forte impleant extranei virib⁹ tuis: ⁊ labores tui ſint in domo aliena: ⁊ gemas in nouiſſimis, qñ cõſumpſeris carnē, ⁊ corpus tuum. Beati mortui, q in dño moriuntur. Lectio ij.

Melius eſt nomen bonũ: quã vnguēta pretioſa: dies mortis, die natiuitatis. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum: ⁊ viuens cogitat quid futurum ſit. Beati mortui. Lectio iij.

Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuę: antequã veniat tempus afflictionis tuę: ⁊ reuertatur puluis in terrã ſuam, vnde erat: ⁊ ſpiritus redeat ad dominum: qui dedit illum. Beati mortui qui in domino moriuntur.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Antiphona. Ne reminiſcaris. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me.

Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum: ſana me domine quoniã cõturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo?

Conuertere domine, ⁊ eripe animam meã: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam nõ eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem, quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meuꝫ: lachrimis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meaꝫ: dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcãt, ⁊ cõturbent vehemẽter oẽs inimici mei: cõuertant, ⁊ erubeſcãt valde velociter.

Gloria patri ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto ⁊c. pe.

Beati

B Eati quorum remiſſe ſunt iniquitates: ꝛ quorum tecta ſunt peccata.
B eatus vir cui nō imputauit dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Q uoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die.
Q uoniaꝫ die,ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ęrumna mea dum configitur ſpina.
D elictum meum cognitum tibi feci: ꝛ iniuſtitiam meam non abſcondi.
D ix confitebor aduerſuꝫ me iniuſtitiā meā dn̄o: ꝛ tu remiſiſti impietatem peccati mei.
P ro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno.
V eruntamen in diluuio aquaruꝫ multarū: ad eum non approximabunt.
T u es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me.
I ntellectū tibi dabo, ꝛ inſtruā te in via hac qua gradieris: firmabo ſup te oculos meos.
N olite fieri ſicut equus, ꝛ mulus: in quibus non eſt intellectus.
I n chamo, ꝛ freno maxillas eorum cōſtringe: qui non approximant ad te.
M ulta flagella peccatoris: ſperantem autem in domino miſericordia circundabit.

L ętamini

Letamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Gloria patri. ps.
Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam ſagittę tuę infixę ſunt mihi: ⁊ cõfirmaſti ſuper me manum tuam.
Non eſt ſanitas in carne mea, a facie irę tuę: nõ eſt pax oſſib⁹ meis a facie pctõꝝ meoꝝ.
Quõ iniqtates meę ſupgreſſę ſũt caput meũ: ⁊ ſicut onus graue, grauatę ſunt ſuper me.
Putruerunt, ⁊ corruptę ſunt cicatrices meę: a facie inſipientię meę.
Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſqꝫ in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.
Quoniaꝫ lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: ⁊ non eſt ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum, ⁊ humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne deſideriũ meũ: ⁊ gemitus meus a te non eſt abſconditus.
Cor meum conturbatũ eſt in me: dereliquit me virtus mea, ⁊ lumen oculorum meorum, ⁊ ipſum, non eſt mecum.
Amici mei, ⁊ proximi mei: aduerſuꝫ me appropinquauerunt, ⁊ ſteterunt.
Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: ⁊ vim faciebant qui quęrebant animam meã.
Et qui inquirebãt mala mihi locuti ſunt vanitates

nitates ⁊ dolos tota die meditabantur:
E go autē tanquā ſurdus non audiebā: ⁊ ſicut mutus non aperiens os ſuum.
E t factus ſum ſicut homo nō audiens: ⁊ nō habens in ore ſuo redargutiones.
Q uoniaȝ in te domine ſperaui: tu exaudies me domine Deus meus.
Q uia dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum cōmouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
Q uoniaȝ ego in flagella paratus ſuȝ: ⁊ dolor meus in conſpectu meo ſemper.
Q uoniam iniquitatem meaȝ annunciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo.
I nimici autē mei viuūt, ⁊ cōfirmati ſunt ſup me: ⁊ multiplicati ſunt q oderunt me inique.
Q ui retribuūt mala pro bonis detrahebāt mihi: quoniam ſequebar bonitatem.
N e derelinquas me domine Deus meus: ne diſceſſeris a me.
I ntende in adiutorium meū: domine Deus ſalutis meę. G loria patri, ⁊ filio. Pſalmus.
M Iſerere mei Deus: ſecunduȝ magnā miſericordiam tuam.
E t ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.
A mplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me.
Q uoniam

Quoniam iniquitatē meam ego cognoſco: ⁊ peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, ⁊ malū corā te feci: vt iuſtificeris i ſermonibꝰ tuis, ⁊ vincas cū iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, ⁊ occulta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi.

Aſperges me domine hyſopo, ⁊ mundabor: lauabis me, ⁊ ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium ⁊ lętitiam: ⁊ exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: ⁊ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me a facie tua: ⁊ ſpiritū ſanctū tuum ne auferas a me.

Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus, Deus Deꝰ ſalutis meę: ⁊ exultabit lingua mea iuſtitiā tuā.

Domine labia mea aperies: ⁊ os meū annunciabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtiq; holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus cōtribulatus: cor contritum, et humiliatū Deus non deſpicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tuā Syon: vt ędificentur muri Jeruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię, oblatiōnes, et holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloria patri et filio etc. Ps.

Domine exaudi orationē meam: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciē tuam a me: in quacunqȝ die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerūt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
Percuſſus ſum vt fęnum, et aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei adhęſit os meū carni meę. Similis fact⁹ ſuȝ pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: et fact⁹ ſuȝ ſicut paſſer ſolitarius ī tecto.
Tota die exprobabant mihi inimici mei: et qui laudabant me, aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tanquam panē manducabam: et poculum meum cum fletu miſcebā.
A facie irę indignationis tuę: quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: et ego

ſicut fęnum arui.
Tu autē dn̄e in ęternū permanes: ⁊ memoriale tuum in generatione, ⁊ generationem.
Tu exurgens miſereberis Syon: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ terrę eius miſerebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam.
Quia ędificauit dominus Syon: ⁊ videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationem humilium: ⁊ nō ſpreuit preces eorum.
Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus, qui creabitur, laudabit dominum.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de cęlo in terram aſpexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.
Vt annuncient in Sion nomen dn̄i: ⁊ laudem eius in Jeruſalem.
In conueniendo populos in vnum: ⁊ reges vt ſeruiant domino.
Reſpondit ei in via virtutis ſuę: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierū meorū: in generatione ⁊ generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundaſti: ⁊ opera

manuum tuarum ſunt cęli.
Ipſi peribunt tu autez permanes: ⁊ omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.
Et ſicut opertoriũ mutabis eos, ⁊ mutabunt: tu autē idē ipſe es, ⁊ anni tui non deficient.
Filij ſeruorũ tuorũ habitabũt: ⁊ ſemen eoruz in ſeculum dirigetur. Gloria patri. Pſalm⁹.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuę intendentes: in vocem deprecationis meę.
Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: ⁊ propter legē tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſqz ad noctem: ſperet Iſrael in domino.
Quia apud dominum miſericordia: ⁊ copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri. Pſalmus.
Domine exaudi orationez meaz, auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia.
Et non intres in iudicium cuz ſeruo tuo: qa non iuſtificabitur in conſpectu tuo ois viuēs.

Quia perſecutus eſt inimicus animã meã: et humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuã a me: et ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiã tuã: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam in qua ambulẽ: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuã, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terraꝫ rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in ęquitate tua.

Educes de tribulatione aiam meaꝫ: et in miſericordia tua diſperdes oẽs inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant aiam meã, quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Gloria

Gloria patri, ⁊ filio. Añā. Ne reminiſcaris domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorū: neq; vindictā ſumas de peccatis noſtris.

LITANIAE.

Kyrie eleiſ. Chriſte el'. Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis Deus, miſerere nobis.
Fili redēptor mūdi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sācta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginum ora pro nobis.
Sancte Michael ora pro nobis.
Sancte Gabriel ora pro nobis.
Sancte Raphael ora pro nobis.
Omnes ſancti angeli, ⁊ arcangeli orate.
Oēs ſancti beatorꝶ ſpirituum ordines orate.
Sancte Johannes Baptiſta ora pro.
Oēs ſancti patriarchę, ⁊ prophetę orate
Sancte Petre ora pro nobis.
Sancte Paule ora pro nobis.
Sancte Andrea ora pro nobis:
Sancte Jacobe ora pro nobis.
Sancte Johannes ora pro nobis.
Sancte Thoma ora pro nobis.
Sancte Jacobe ora pro nobis.
Sancte Philippe ora pro nobis.

Sancte Bartholomęe ora pro nobis.
Sancte Matthęe ora pro nobis.
Sancte Simon ora pro nobis.
Sancte Thaddęe ora pro nobis.
Sancte Matthia ora pro nobis.
Sancte Barnaba ora pro nobis.
Sancte Luca ora pro nobis.
Sancte Marce ora pro nobis
Omnes ſancti apoſtoli, ⁊ euangeliſtę, orate.
Omnes ſancti diſcipuli domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane ora pro nobis.
Sancte Laurenti ora pro nobis
Sancte Vincenti ora pro nobis.
Sancti Fabiane, ⁊ Sebaſtiane orate.
Sancti Johannes, ⁊ Paule, orate pro no.
Sancti Coſma ⁊ Damiane, orate pro no.
Sancti Geruaſi, ⁊ Prothaſi, orate pro no.
Omnes ſancti martyres orate pro nobis.
Sancte Silueſter ora pro nobis.
Sancte Gregori ora pro nobis.
Sancte Ambroſi: Sancte Auguſtine. ora.
Sancte Hieronyme ora pro nobis.
Sancte Martine ora pro nobis.
Sancte Nicolae ora pro nobis.
Oẽs ſcĩ põtifices, ⁊ cõfeſſores. orate pro no.
Omnes ſancti doctores. orate pro no.
Sancte Benedicte ora pro nobis.

Sancte

S ancte Antoni ora pro nobis.
S ancte Bernarde ora pro nobis.
S ancte Dominice ora pro nobis.
S ancte Franciſce ora pro nobis.
O ẽs ſci monachi, ⁊ eremitę. orate pro nobis.
O mnes ſcti ſacerdotes, ⁊ leuitę. orate pro no.
S ancta Maria Magdalena. ora pro no.
S ancta Agatha ora pro nobis.
S ancta Lucia. S ancte Agnes. ora.
S ancta Cęcilia. S ancta Anaſtaſia. ora.
S ancta Catharina ora pro nobis.
O ẽs ſanctę virgines, ⁊ viduę, orate pro nob.
O ẽs ſcti, ⁊ ſanctę Dei. intercedite pro no.
P ropitius eſto parce nobis dñe.
P ropitius eſto exaudi nos dñe.
A b omni malo libera nos dñe.
A b omni peccato, libera nos dñe.
A b ira tua libera nos dñe.
A ſubitanea, ⁊ improuiſa morte libera.
A b inſidijs diaboli libera.
A ſpiritu fornicationis libera.
A b ira, ⁊ odio, ⁊ oi mala voluntate, libera.
A fulgore, ⁊ tempeſtate libera.
A morte perpetua libera.
P er myſteriũ ſctẽ incarnationis tuę, libera.
P er aduentum tuum libera.
P er natiuitatem tuam libera.
P er baptiſmum, ⁊ ſanctum ieiunium tuũ.

libera nos domine.
Per crucem, ⁊ paſſionem tuam libera.
Per mortem, ⁊ ſepulturam tuam libera.
Per ſanctam reſurrectionem tuam libera.
Per admirabilem aſcenſioné tuã libera.
Per Aduentum Spiritus ſancti paracliti, libera nos domine.
In die iudicij libera.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas te rogamus.
Ut ad veram pęnitentiam nos perducere digneris te rogamus audi nos.
Ut eccleſiam tuam ſanctam regere, ⁊ cõſeruare digneris te rogamus audi nos.
Ut domnũ apoſtolicũ, ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines, in ſancta religione conſeruare digneris te rogamus audi nos.
Ut inimicos ſanctę Eccleſię humiliare digneris te rogamus audi nos.
Ut regibus, ⁊ principibus Chriſtianis pacẽ ⁊ verã concordiã donare digneris, te rog.
Ut cuncto populo Chriſtiano pacẽ, ⁊ vnitatem largiri digneris te rogamus.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio cõfortare, ⁊ conſeruare digneris te rog.
Ut mentes noſtras ad cęleſtia deſideria erigas te rogamus audi nos.
Ut

Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas domine, te rogamus.
Ut animas noſtras, fratrum, propinquorũ, & benefactorum noſtrorũ ab ęterna damnatione eripias, domine, te rogamus.
Ut fruct⁹ terrę dare, & cõſeruare dig. te rog.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare digneris, te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
Fili Dei, te rogamus audi nos.
Agnus Dei, q tollis pctã mũdi, parce nob.
Agnus Dei, q tollis pctã mũdi, exaudi nos.
Agnus Dei, q tollis pctã mũdi: miſere no.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Kyrie el. Chie el. Kyrie eleiſ. Pater nr.
℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libera. Pſalm⁹.

Deus in adiutoriũ meũ intende: dñe ad adiuuãdũ me feſtina. Cõfundant & reuereant: qui quęrunt animã meã. Auertant retrorſum, & erubeſcant: qui volũt mihi mala. Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, euge, euge. Exultent, & lętent in te oẽs qui quęrũt te: & dicant ſemper, magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Ego vero egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me. Adiutor meus, & liberator meus es tu: domine ne moreris. Gloria patri & fi.
℣. Saluos fac ſeruos tuos, & ancillas tuas.

 ℟. Deus

℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Eſto nobis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non ſecundũ peccata noſtra facias nobis. ℟. Neq̃ ſm iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Oremus pro pontifice noſtro. ℟. Dominus conſeruet eũ, ⁊ viuificet eum, ⁊ beatum faciat eum in terra, ⁊ non tradat eum in animam inimicorũ eius. ℣. Oremus p benefactoribus noſtris. ℟. Retribuere dignare dñe Deus omnibus nobis bona facientibus, propter nomen ſanctũ tuũ, vitam ęternã. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem ęternã dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amẽ. ℣. Pro fratribus noſtris abſentibus. ℟. Saluos fac ſeruos tuos, ⁊ ancillas tuas: Deus meꝰ ſperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliũ de ſctõ. ℟. Et de Siõ tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Pro peccatis.

Deus, cui propriũ eſt miſereri ſemper, ⁊ parcere: ſuſcipe deprecationẽ nr̃am: vt nos, ⁊ omnes famulos tuos, quos delictorum catena cõſtringit: miſeratio tuę pietatis clementer abſoluat.

Exaudi q̄s dn̄e ſupplicum preces: ⁊ cõfitentiũ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiã tribuas benignus ⁊ pacẽ.

Ineffabilem nobis dn̄e miſericordiam tuam clementer oſtende: vt ſimul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas: ⁊ a penis quas pro bis meremur eripias.

Deus, q culpa offenderis, penitẽtia placaris: p̄ces populi tui ſupplicãtis ꝓpitius reſpice: ⁊ flagella tue iracũdie, que ꝑ peccatis noſtris meremur auerte. Pro Papa.

Omnipotẽs ſẽpiterne Deus, miſerere famulo tuo Pape nr̄o N. ⁊ dirige eũ ſꝫ tuã clementiã, in viaꝫ ſalutis eterne: vt te donãte tibi placita cupiat, ⁊ tota virtute ꝑficiat.

Pro Pace.

Deus, a quo ſctã deſideria, recta cõſilia, ⁊ iuſta ſunt opera, da ſeruis tuis illaꝫ, quã mũdus dare nõ poteſt, pacem, vt ⁊ corda nr̄a mãdatis tuis dedita, ⁊ hoſtiũ ſublata formidine, tẽpora ſint tua protectione trãquilla.

Pro caſtitate.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros, ⁊ cor noſtrum, domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, ⁊ mundo corde placeamus.

Pro defunctis.

Fidelium Deus omnium cõditor, ⁊ redẽptor, aiabus famulorũ, famularũqꝫ tuo

rum, remiſſionem cunctorū tribue peccatorum, vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur.

Pro actionibus.

Actiones noſtras quęſumus dñe aſpirādo pręueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio a te ſemper incipiat, & per te cępta finiatur.

Pro viuis, & Defunctis.

Omnipotēs ſempiterne Deus: q viuorū dñaris ſimul & mortuorū, oīumq̄ miſereris, quos tuos fide, & opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro qbus effundere preces decreuimus quoſq̄ vel pręſens ſeculū adhuc in carne retinet: vel futurū iā exutos corpore ſuſcepit: intercedētibus omnibus ſanctis tuis: pietatis tuę clemētia oīū delictorum ſuorum veniā conſequantur. Per dñm noſtrū Jeſum Chriſtū filiū tuū: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: Per oia ſecula ſeculorū. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors dominus. ℟. Amen.

Collecta

Collecta pro vno Defuncto. Oremus.

INclina dñe aures tuas ad preces nr̃as: qb⁹ miſericordiã tuã ſupplices deprecamur: vt aiam famuli tui, quam de hoc ſeculo migrare iuſſiſti in pacis, ac lucis regione cõſtituas: ⁊ ſanctorũ tuoꝝ iubeas eſſe conſortez. Per Chriſtum dominũ noſtrũ. ℞. Amen.

Oratio pro muliere defuncta.

QUeſumus dñe pro tua pietate miſerere aię famulę tuę, ⁊ a cõtagijs mortalitatis exutã, in ęternę ſaluationis partẽ reſtitue. Per Chriſtũ dñm noſtrũ. ℞. Amen.


Oratio pro pluribus Defunctis indifferenter.

PRopitiare dñe aiab⁹ fideliũ tuorũ miſericordia ſempiterna, vt mortalitatis nexibus expeditę, lucẽ ęternã poſſideant. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℞. Amen.

INCIPIT BENEDICTIO AQVAE quæ fit in Vigilia Epiphanię.



POſt Completorium, preſbiter, ⁊ miniſtri, veſtibus ſacris induti: procedunt ad locum, vbi aluecolus cuz aqua benedicta eſt pręparatus: ⁊ ibi cãtant ſubſcriptas antiphonas, cum ſuis pſalmis ſequentibus. Antiphona.



V Ox domini ſuper aquas: bale-



luiah: Deus maieſtatis intonuit: ba-



le luiah. ps. Afferte domino filij Dei.

Afferte domino filij Dei: afferte domino filios arietum. Afferte domino gloriam ⁊ honoꝛem: afferte domino gloriaʒ nomini eius: adoꝛate dominum in atrio ſancto eius. Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas. Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros: ⁊ confringet dominus cedros libani. Et comminuet eas, tanquam vitulum libani: ⁊ dilectus quemadmodum filiuſ vnicoꝛnium. Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis deſertum: ⁊ commouebit dominus deſertuʒ Cades. Vox domini pꝛęparantis ceruos, ⁊ reuelabit condenſa: ⁊ in templo eius omnes

dicent

dicent gloriam. D ominus diluuium inhabitare facit: ⁊ ſedebit dominus rex in ęternum. D ominus virtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. G loria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. S icut erat in prin. Iterum reſumitur Antiphona: Vox domini.



haleluiah. Ps. E xurgat Deus, ⁊ diſſipē.


E Xurgat Deus, ⁊ diſſipent inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eũ a facie eius. S icut deficit fumus deficiāt, ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereāt peccatores a facie Dei. E t iuſti epulētur, ⁊ exultent in cõſpectu Dei: ⁊ delectent in lętitia. C antate Deo, pſalmũ dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: dñs nomen illi. E xultate in conſpectu eius: turbabuntur a facie eius pa-

tris orphanorum, iudicis viduaruz. D eus in loco ſancto ſuo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Q ui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris. D eus cum egredereris in conſpectu populi tui: cuz pertrāſires i deſerto. T erra mota eſt, eteniz celi diſtillauerūt a facie Dei Sinai: a facie Dei Iſrael. P luuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tue, et infirmata eſt: tu vero perfeciſti eaz. A nimalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. D ñs dabit verbum euangelizantibus: virtute multa. R ex virtutū dilecti dilecti: et ſpeciei domus diuidere ſpolia. S i dormiatis inter medios cleros penne columbe deargētate: et poſteriora dorſi eius in pallore auri. D ū diſcernit celeſtis reges ſup eaz: niue dealbabūtur in Selmon: mons Dei mōs pinguis. M ons coagulatus, mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? M ons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim dñs habitabit in finē. C urrus Dei decē millibus multiplex millia letantiū: dñs in eis in Sinai in ſancto. A ſcēdiſti in altū, cepiſti captiuitatez: accepiſti dona in hoibus. E tenim non credentes: inhabitare dominū Deum. B enedictus dñs die quotidie: proſperum


ſperum iter faciet nobis Deus ſalutariũ no-
ſtrorũ. Deus noſter Deus ſaluos faciendi:
& dñi dñi exitus morti. Uerũtamen Deus
cõfringet capita inimicorũ ſuorũ: verticem ca
pilli perambulantiũ in delictis ſuis. Dixit
dñs ex Baſan cõuertã: cõuertam in profun-
dũ maris. Ut intingatur pes tuus in ſangui
ne: lingua canum tuorũ ex inimicis ab ipſo.
Uiderunt ingreſſus tuos Deus: ingreſſus
Dei mei, regis mei q eſt in ſancto. Preuene
rũt principes cõiũcti pſallẽtibus: in medio iu-
uencularũ tympaniſtriarũ. In eccleſijs bene-
dicite Deo domino: de fontibus Iſraël. Ibi
Beniamin adoleſcẽtulus: in mentis exceſſu.
Principes Iuda duces eorũ: principes Za-
bulon, & principes Neptalim. Mãda Deus
virtuti tuę: confirma hoc Deus quod opera-
tus es in nobis. A templo tuo in Jeruſalẽ:
tibi offerent reges munera. Increpa feras
arundinis congregatio taurorũ in vaccis po
pulorũ: vt excludant eos qui probati ſunt ar-
gento. Diſſipa gentes que bella volunt: ve-
niẽt legati ex Aegypto: Aethiopia preueniẽt
manus eius Deo. Regna terrę cantate
Deo: pſallite domino. Pſallite Deo qui
aſcendit ſuper cęlum cęli: ad orientem. Ec-
ce dabit voci ſuę vocem virtutis: date glo-
riam Deo ſuper Iſrael, magnificentia eius,

⁊ virtus eius in nubibus: M irabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael: ipſe dabit virtutem, ⁊ fortitudinem plebi ſuę: benedictus Deus. G loria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. S icut erat in principio, ⁊ nunc ⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.


Iteruʒ reſumitur Aña. In eccleſijs. Aña.



I Pſe liberauit me: bale lu iab:



de la que o ve nan tium: ha le lu-



iab. ps. Qui habitat in adiutorio.

Q Ui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione Dei cęli cõmorabitur. D icet domimo, ſuſceptor meus es tu: ⁊ refugiuʒ meum Deus meus ſperabo in eum. Q uoniam ipſe liberauit me de laqueo venãtium: ⁊ a verbo aſpero. S capulis ſuis obumbrabit tibi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis. S cuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A ſagitta volante in die, a

negocio

negocio perambulante in tenebris: ab incurſu, & demonio meridiano, C adent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. V eruntamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis. Q uoniã tu es domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum. N on accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Q uoniaꝫ angelis ſuis mãdauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. I n manibus portabũt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum. S uper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconeꝫ. Q uoniaꝫ in me ſperauit, liberabo eũ: protegam eum, qm̃ cognouit nomen meum. C lamauit ad me, & ego exaudiã eum, cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eũ, & glorificabo eum. L ongitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meuꝫ. G loria patri, & filio. S icut erat. Iterum reſumit Aña. Ipſe liberauit me. Quibus finitis, ſacerdos in medium chori procedens, ſic cantando dicit. E xaudi nos domine. Deinde ſequitur Chorus. quoniam benigna eſt miſericordia tua: & ſm multitudinẽ miſerationuꝫ tuarum reſpice nos dñe. Sacerdos. Saluũ me fac Deus qm̃ intrauerũt aquę. Chorus.

Uſque ad animaʒ meaʒ. Sacerdos. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Chorus. Sicut erat in principio, ⁊ nũc, ⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Iterũ ſacerdos incipit. Exaudi nos dñe. Chorus. quoniã benigna eſt miſericordia tua: ⁊ ſecunduʒ multitudinẽ miſerationum tuarum reſpice nos domine.

Deinde dicuntur Litanię cantando.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis Deus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſerere no.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sãcta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginum ora pro nobis.
Sancte Michael ora pro nobis.
Sancte Gabriel ora pro nobis.
Sancte Raphael ora pro nobis.
Omnes ſancti angeli, ⁊ archangeli orate.
Oẽs ſancti beatorꝝ ſpirituuʒ ordines orate.
Sancte Johannes Baptiſta ora pro.
Sancte Joſeph ora pro nobis.
Oẽs ſancti patriarchę, ⁊ prophetę orate.
Sancte Petre ora pro nobis.
Sancte Paule ora pro nobis.
Sancte Joannes ora pro nobis.

Sancte Marce, ora pro nobis.
Omnes ſancti apoſtoli, ⁊ euangeliſtę, orate.
Sanctę Stephane ora pro nobis.
Sancte Laurenti ora pro nobis.
Sancte Uincenti ora pro nobis.
Sancte Teodore ora pro nobis.
Omnes ſancti martires orate pro nobis.
Sancte Silueſter ora pro nobis.
Sancte Gregori ora pro nobis.
Sancte Martine ora pro nobis.
Sancte Auguſtine ora pro nobis.
Omnes ſancti põtifices, ⁊ cõfeſſores, orate.
Sancte Benedicte ora pro nobis.
Sancte Dominice ora pro nobis.
Sancte Franciſce ora pro nobis.
Sancte Antoni ora pro nobis.
Oēs ſcti monachi, ⁊ eremitę. orate pro nob.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Urſula cum toto ſuo comitatu. ora.
Omnes ſancti, ⁊ ſanctę Dei, intercedite.
Propitius eſto, parce nobis dñe.
Propitius eſto, exaudi nos dñe.
Ab omni malo, libera nos dñe.
Ab omni peccato, libera nos dñe.
A morte perpetua libera.
Per myſteriũ ſanctę incarnationis tuę, libe.

Per aduentum tuum libera.
Per natiuitatem tuam libera.
Per baptiſmū, ⁊ ſanctū ieiuniū tuū, libera.
Per crucem, ⁊ paſſionem tuam libera.
Per mortem, ⁊ ſepulturam tuam libera.
Per ſanctam reſurrectionem tuam libera.
Per admirabilē aſcenſionē tuam libera
Per aduētū ſpiritus ſancti paracliti: libera.
In die iudicij libera.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas te rogamus.
Ut eccleſiam tuam ſanctam regere ⁊ conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Ut domnū apoſtolicū, ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines, in ſancta religione conſeruare digneris. te rogamus audi nos.
Hic ſacerdos, qui facit officiū vel duo cleri in medio dicat hos tres ℣. gradatim erigēdo vocē.
Ut hāc aquā bñdi ✠ cere digneris: te roga.
Ut hanc aquam bene ✠ dicere, ⁊ ſanctificare digneris: te rogamus.
Ut hanc aquā bene ✠ dicere, ſanc ✠ tificare, ⁊ conſe ✠ crare digneris: te roga.
Sequantur cetera.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare ⁊ conſeruare digneris. te roga.
: vel beati Jacobi, ⁊ alioꝝ ſanctorum, quo
ergere cupis: ⁊ peracto obediẽtię curſu, ad
os cum gaudio reuertaris. Per dominuȝ.
Benedi‑

Benedictio cilicij. Oratio.

Benedic dñe hoc ciliciũ: quod famulus tuus pro humilitatis, ⁊ pęnitudinis ſuę deuotione indui appetit: vt ſicut Niniuitaruʒ populo in cinere, ⁊ cilicio pęnitenti pepercisti: ita ⁊ hic famulus tuus humiliationis, ⁊ pfeſſionis ſuę hoc indutus veſtimento, a te creatore ſuo omnium percipiat incrementa virtutum: ⁊ cunctorũ indulgentiã conſequatur delictorũ. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Ordo ad introducendã mulierẽ in eccleſiaʒ poſt partuʒ. In primis dicat ſacerdos.

IN noĩe pr̃is ✠ ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs, ✠ ſcti. Amẽ. ℣. Aſpges me dñe. ⁊c. ℣. Deus miſereat. Kyrie el'. Chꝛiſte eleiſ. Kyrie el'. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ps. Credidi, pp. ps. Laudate dñm oẽs gẽtes. ps. Ad te leuaui. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpũi ſancto. ℟. Sicut erat in principio ⁊ nũc ⁊ ſemper. Poſtea ſequitur Añ. Exaudi nos dñe: qm̃ benigna ẽ miſericordia tua: ⁊ ſm multitudinẽ miſerationuʒ tuarꝫ reſpice nos dñe. ℣. Ego dixi, dñe miſere mei. ℟. Sana aĩaʒ meã q: peccaui tibi. ℣. Saluã fac ancillã tuã dñe. ℟. Deꝰ meꝰ ſperãtẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſcõ. ℟. Et de Sion tuere eã. ℣. Dñe exaudi.

audi. ℞. Et clamoꝛ me⁹ ad te ve. Oꝛem⁹.
O Eus qui per Moyſen famulum tuū
Iſraeliticę plebi mādaſti, vt mulier q̄
ium peperiſſet, ab ingreſſu tēpli ſequeſtra-
tur: quęſumus: vt hanc famulā tuā N. ab
mni iniquinamēto peccati mundare digne
s: quatenus mēte ⁊ coꝛpoꝛe mūdata: ſinum
rīs ſāctę eccleſię valeat penetrare: ⁊ tibi ꝓ
is delictis acceptabile mun⁹ offerre. Per.
Et poſtea faciat confeſſionē. Et tūc mulier
neat lampadem ſiue candelā in manibus
is. Et ſacerdos intrans in eccleſiā dicat.
F Amula Dei N. ingredere i templū
Dei, ⁊ adoꝛa filiū beatę Marię vir-
inis: qui tibi tribuit fęcunditatis pꝛolem.
Poſtea dicitur euangelium ſcḋm Johannē.
n pꝛincipio erat verbum. Oꝛatio.
A Bſolue quęſumus domine delicta fa-
mulę tuę N. ⁊ a peccatoꝛum ſuoꝝ ne-
bus, quę pꝛo ſua fragilitate contraxit: tua
enignitate liberetur. Per dominū noſtrū.
Sequitur Oꝛatio. Concede nos famulos
os quęſumus domine.

¶ Benedictio noue domus. Oꝛatio.

A Eternum atq; omnipotentē Deū
vnanimiter oꝛantes petimus pꝛo
hac domo: atq; omnibus habitan-
tibus in ea: vt eis angelum pacis:

angelum

angelum lucis, angelum defenſionis aſſignare dignetur, ⁊ tutos eos, defenſoſq; preſtet, augeat eis rorem celi, ⁊ pinguedinem terre, frumenti, vini, ⁊ olei, pacem, ⁊ ſanitatem, letitiã, ⁊ benignitatē, ab homine vſq; ad pecus: quod ipſe preſtare dignet. Qui viuit. Orō.

TE Deum patrē omnipotentē ſuppliciter exoramus pro hac domo, ⁊ pro domus huius habitatoribus: hac ſpe: vt eaz bene ✠ dicere, ⁊ sancti ✠ ficare digneris: ⁊ vt ſint promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: tribue eis dñe de rore celi abundantiaz, ⁊ de pinguedine terre, vite ſubſtantiam: ⁊ deſideria voti eorum ad effectum tue miſerationis perducas: ad introitū ergo noſtruz bene ✠ dicere, ⁊ ſancti ✠ ficare, dignare hanc domum: ſicut benedicere dignatus es domum Abrahe, Iſaac, ⁊ Iacob: ⁊ intra parietes domus iſtius angeli tue lucis inhabitent. Per Chriſtū dñm noſtrū. ℟. Amen.

Alia Benedictio thalamorum.

BEnedic dñe thalamū hunc: ⁊ oēs habitantes in eo: vt in tua pace cōſiſtant: ⁊ in tua voluntate permaneant, ⁊ ſeneſcant: ⁊ multiplicētur in longitudinem dierum. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea aſpergat aqua benedicta.

¶ Bñō nauis nuper facte. ℣. Adiutoriū noſtrum

rū,ꝛc. ℣. D ne exaudi. ℟. Et clamor me⁹.
.D nus vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Oratio.
PRopitiare dñe ſupplicationib⁹ no-
ſtris: ⁊ bene✠dic nauē iſtā, dextera
ſcā tua: ⁊ oēs q in ea vehentur: ſicut
dignatus es benedicere arcā Noe
mbulanteꝫ in diluuio: ⁊ Abrahaꝫ, Iſaac, ⁊
Jacob: porrige eis dñe dexterā tuā: ſicut por-
exiſti beato Petro ambulāti ſupra mare: ⁊
nitte ſāctū angelū tuū de celis, q liberet, ⁊ cu
odiat eā ſemp a periculis vniuerſis: cuꝫ oi-
us, q̄ in ea deferenda ſunt: ac famulos tuos
ortu ſemp optabili, curſuqꝫ trāquillo tuea-
is: ⁊ rite pfectis negocijs oibus: iterato tem
ore ad ppria cū oi gaudio reuocare digne-
is. Per dñm nr̄m Jeſuꝫ Chriſtū filiū tuū.
Qui tecū viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſcti
Deus. Per omnia ſecula ſeculoruꝫ. Amen.
Et aſpergat nauim aqua benedicta.

EXORCISMI CONTRA
dæmoniacos.

Ad effugādos demones de corporibus ob-
ſeſſis ab illis.

Primus exorciſmus beato Ambroſio ar-
o epiſcopo aſcribitur.
Secūdus exorciſmus vocatur Luciferina.
Tertius exorciſmus eſt ſancti Cypriani.
Quartus exorciſmus eſt ille qui legit Ro

mę in ſancto Petro ante colūnā Dñi. Item
bñdictio Ruthę ponendę in ore dęmoniaci.

PRIMVS EXORCISMVS

Beati Ambroſij archiepiſcopi ad effu-
gandū dęmonez de oppreſſis a dęmo-
nibus,vel etiam maleficiatis.

IN nomine pa✠tris,ꝛ fi✠lij,ꝛ ſpi
ritus✠ ſcti. ℟. Amē. Nos cū prole
pia bñdicat virgo Maria. Ecce
cru✠cē dñi,fugite partes aduer-
ſę. Vicit leo de tribu Juda, radix Dauid.
℣. D ñe exaudi orationē meam. ℟. Et cla-
mor meus ad te veniat. ℣. D ominus vobi-
ſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. O remus.

DEus angelorū,Deus archangelorū:
Deus prophetarū,Deus martyrum,
Deus cōfeſſorū,Deus virginū, Deus ꝛ pr̄
dñi nr̄i Jeſu Chriſti inuoco nomē ſāctū tuū,
ac ṗclarę maieſtatis tuę clemētiā ſuppliciter
exposco aduerſus hunc nequiſſimuz ſpūm,ꝛ
oēm q̄ vexat hoc plaſma tuū: vt mihi auxiliū
ṗſtare digneris. Per Chriſtū dñz. ℟. Amē.
¶ Vide ne delecteris aut credas nugis im-
mundi ſpiritus: ſed exemplo Chriſti ꝛ ſan-
ctorū inſta vt obmuteſcat ꝛ exeat. Et oēs cru-
ces fac in fronte cum pollice: niſi vbi ſpecia-
liter in alia parte corporis fieri debeant ſicut
inuenies ſignatum inferius. Exorcizatio.

Exorcizo te immūdiſſime ſpūs:ois incurſio aduerſarij,ois ira, oē phātaſma:ois
egio in noie dñi nři Jeſu ✠ Chři eradica-
re,⁊ effugare ab hoc plaſmate Dei:✠ ipſe ti
bi imperat,q te de ſupernis cęlorū in interio
ra terrę demergi pcepit. Audi ergo, ⁊ time
athana:vict⁹, ⁊ pſtratus abſcede in noie dñi
nři Jeſu ✠ Chři.Tu ergo nequiſſime Sa-
than,inimice fidei,hoſtis generis humani,
mortis obductor,vitę raptor,iuſtitię declina-
tor,malorum radix,fomes vitiorꝝ,ſeductor ho
minū,pditor gentiuꝫ, incitator inuidię, origo
auaritię,cauſa diſcordię,excitator dęmonum,
malorū magiſter.Quid ſtas,⁊ reſiſtis,cū ſcias
Deū tuas pdere vires:Illū metue,q i Iſaac
immolat⁹ ē:i Joſeph venūdat⁹,i agno occiſ⁹,
hoie crucifix⁹:deinde inferni triūphator fuit.
¶ Sequentes cruces fiāt in fronte oppreſſi.
Recede ergo in noie pris ✠ ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs
✠ ſci.Da locū ſpūi ſctō p hoc ſignū cru ✠ cis
Jeſu Chři dñi nři,q cū pře,⁊ eodē ſpū ſcō vi
uit,⁊ regnat Deus:p oia ſcła ſcłorū.℟. Amē.
¶ Si adhuc nō receſſerit ſpiritus malign⁹:
ſtanter,⁊ deuōte proſequere vltra.℣. Domine exaudi ořnē.℣. Dominus vob. Oremus.

Deus cōditor,⁊ defenſor generis humani:q hominē ad imaginē tuā formaſti,
reſpice ſup hūc famulū tuū N. q dolis immū

 diſſer-

di ſerpentis appetit: quē vetus aduerſarius antiquus hoſtis terrę formidinis horrore cir cūuolat: ꝛ ſenſū3 mē tis humanę ſtupore defi git: terrore cōturbat, ꝛ metu trepidi timoris exagitat. Repelle dñe virtutē diaboli; fallaceſq3 ei⁹ īſidias amoue: ꝓcul ipi⁹ tētator aufugiat. Sit noīe tuo ſigno crucis ✠ i frōte famulus tuus munitus: ꝛ in aīa tutus, ꝛ corpore;

¶ Quatuor cruces ſequētes fiant in pectore demoniaci. Tu pe ✠ ctoris huius interna cuſtodias, tu viſcera ✠ regas, tu cor ✠ da cōfirmes, in aīa ✠ aduerſatricis poteſtatis tēta mēta euaneſcāt. Da dñe ad hanc inuocationē ſanctiſſimi noīs tui grāz: vt q huċuſq3 terrebat, territus aufugiat, ꝛ victus abſcedat: tibiq3 poſſit hic famulus tuus ꝛ corde, ꝛ mēte, pręhere famulatum. Per dñm. Coniuratio.

Adiuro te ſerpens antique, per iudice3 viuorū ꝛ mortuoꝝ, per factorem tuum, per factore3 mundi: per eu3 qui habet poteſtatē mittendi te in gehennā: vt ab hoc famulo Dei N. ✠ in frōte qui ad eccleſię ſinū recurrit, cū metu, ꝛ exercitu furoris tui feſtin⁹ diſcedas. Adiuro te iterū N. ✠ i frōte nō mea infirmitate, ſed virtute ſpūs ſci, vt deſiſtas ab hoc famulo Dei N. ✠ in fronte quē oipotēs Deus ad imaginē ſuā fecit. Cede igit, cede, nō mihi, ſed miniſtro Chriſti. Illius eni3 te

orget poteſtas,q te affigẽs cruci ✠ ſuę ſubiu-
gauit. Illi⁹ brachiũ ɔtremiſce:q deuictis ge-
mitib⁹ inferni,animas ad lucẽ ꝑduxit. Sit ti
bi terror corpus hominis, ✠ in pectore ſit ti-
bi formido imago Dei ✠ in fronte ne reſi-
ſtas,nec moreris diſcedere ab homine: qm̃
cõplacuit Chriſto in homine habitare. Et
ne contemnendũ me putes,dũ me pecca-
torem nimis eſſe cognoſcis ✠ Imperat tibi
Deus. ✠ Imperat tibi maieſtas Chriſti. ✠
Imperat tibi Deus pa ✠ ter. Imperat tibi
Deus fi ✠ lius. Imperat tibi Deus ſpũs
✠ ſanctus. Imperat tibi fides Apoſtolorũ
Petri, ✠ ⁊ Pauli, ⁊ cęterorũ ſanctorꝫ. Impe
rat tibi indulgentia ɔfeſſorꝫ ✠ Imperat tibi
martyrũ ✠ ſanguis. Imperat tibi ſacramẽ-
tũ cru ✠ cis. Imperat tibi miniſteriorꝫ rit⁹.
✠ Exi ergo tranſgreſſor: Exi ſeductor,plene
oĩ dolo, ⁊ fallacia: veritatis inimice: innocen-
tiũ ꝑſecutor. Da locũ duriſſime: da locũ im-
piiſſime: da locũ Chriſto,in quo nihil inueni
ſti de operib⁹ tuis: q te ſpoliauit: q regnũ tuũ
deſtruxit: qui te victũ ligauit, ⁊ vaſa tua diri-
puit: q te proiecit in tenebras: vbi tibi cũ mi-
niſtris tuis erit pręparat⁹ interitus. Sed qd
truculẽte recogitas? qd temerarie retrectas?
Reus oipotẽti Deo es, cui⁹ ſtatuta trãſgreſ-
ſus es. Reus es filio eius Ieſu Chriſto dño

nr̃o, quẽ tẽtare auſus es, ⁊ cru ✠ cifigere prę-
ſumpſiſti. Reus es humano generi, cui tuis
perſuaſionibus, mortis fructum propinaſti.
¶ Si adhuc non receſſerit: tu humilius, ⁊ vl
terius pſequere: ⁊ nũquã moreris ppter nu-
gas, aut quecũque verba falſa diaboli. ℣.
D ñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus.
Domine ſancte, pr̃ o potẽs ęterne De-
us: hoſanna in excelſis: pr̃ dñi nr̃i Je
ſu Chriſti, q illum refugã tyrannũ, ⁊ apoſta
tã, gehennę ignibus deputaſti: q vnigenituꝫ
tuuꝫ in hunc mundũ miſiſti, vt illũ rugientẽ
cõtereret: vellociter attende: accellera vt eri-
pias hominẽꝫ, ad imaginẽ, ⁊ ſimilitudinẽ tuã
creatuꝫ: a ruina ⁊ dęmonio meridiano. Da
dñe terrorẽꝫ tuũ ſuper beſtiaꝫ, quę extermi-
nat vineam tuaꝫ. Da fiduciã ſeruis tuis cõ-
tra nequiſſimum draconem pugnãdi fortiſſi-
me: ne cõtemnat ſperantes in te: ⁊ ne dicat ſi
cut in Pharaone, qui iaꝫ dixit, Deuꝫ nõ no-
ui, nec Iſrael dimitto. Urgeat illum dextera
tua potens expellere a famulo tuo N ne diu
tius prǫſumat captiuũ tenere hominẽꝫ: queꝫ
tu ad imaginem tuaꝫ facere dignatus es: ⁊
in filio tuo redemiſti. Qui tecuꝫ. Cõiuratio.
Adiuro ergo te draco nequiſſime in no
mine agni immaculati: q ambulauit ſu
p aſpideꝫ, ⁊ baſiliſcũ: q cõculcauit leonẽ, ⁊ dra
cconem

oneȝ:vt diſcedas ab hoīe ✠ i frāte diſcedas
b eccleſia. ✠ Iſta crux fiat ſup circūſtātes ei.
Cōtremiſce,⁊ effuge,inuocato noīe dñi illi⁹,
quē inferi tremūt,cui virtutes celoꝝ,⁊ poteſta
es,⁊ dñationes ſubiectę ſūt:quē Cherubim,
Seraphim indefeſſis vocib⁹ laudāt. Im-
perat tibi verbū ✠ caro factū. Imperat tibi
atus ex virgine. ✠ Imperat tibi Ie ✠ ſus
Nazarenus:q te,cū diſcipulos ei⁹ ꝯtēneres,
liſuȝ,atqȝ ꝓſtratuȝ exire ꝑcepit ab hoīe:quo
ręſente cū te ab homine ſeparaſſet, nec por-
oruȝ gregē ꝯtingere ꝑſumebas. Recede er-
o nūc adiuratus in noīe eius ✠ ab homine
uē ipſe plamauit. Durū eſt tibi velle ✠ re-
ſtere,durū eſt tibi cōtra ſtimuluȝ calcitrare,
ga quāto tardius exis: tāto tibi ſuppliciū
reſcit maius:quia nō homines contemnis,
ed illum, qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊
ortuos,⁊ ſeculum per ignem. ℞. Amen.
Si adhuc oppreſſus nō fuerit liberat⁹ ꝑſe
uēre fide forti,⁊ noli quaſi fatigatus deſpera
,ſed ēt caue,ne ſub curioſitate cuiuſquā tibi
at mora,vel ꝓtractio, i loquēdo cū immūdo
piritu:quāuis multa occulta, ⁊ mirabilia di
t,ſed cōtinua, ⁊ deuicta dī ꝯfuſione legēdo
perte, ⁊ diſtincte deuotionē tuā nō ꝑmittas
terrūpi,vel retardari. ℣. O ñe exaudi. ⁊c.
. O ñs vobiſcū. ℞. Et cū ſpū tuo. O rem⁹.

O Omnipotens dñe, verbum Dei patris Chriſte Jeſu, Deus, & dñs vniuerſę creaturę, q ſanctis apoſtolis tuis dediſti poteſtatē calcādi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones: q inter cętera mirabiliū tuorū pręcepta digna tus es docere dęmones effugare: cuius virtute motus, tanquā fulgur de cęlo ſathanas cecidit: tuū ſanctū nomē cū timore & tremore ſuppliciter depcor: vt indigniſſimo mihi ſeruo tuo, data venia omniū delictorū meorum, cōfidentiā, & poſſibilitatē donare digneris: vt hūc crudelē dęmonē, & draconē brachij tui ſancti munitus potentia, fiducialiter, & ſecure aggrediar: p te Jeſu Chriſte dñe Deus noſter, qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & ſeculū p ignē. ℟. Amen. Cōiuratio.

A Diuro ergo te oīs immūdiſſime ſpūs: omne phātaſma: oīs incurſio ſathanę, ī noīe Jeſu ✠ Chri Nazareni, qui poſt lauacrū Jordanis in deſertū ductus eſt: & te in tuis ſedib⁹ vicit: vt quē de limo terrę ad honorē glorię ſuę formauit: tu deſinas impugnare: & in hoīe miſerabili, nō humanā fragilitatem, ſed imaginē oīpotētis Dei cōtremiſcas. Cede ergo Deo ✠ q te in humiliato famulo ſuo Job in ſeruitutē redegit. Cede Deo ✠ q malitiā tuā in Pharaone, & in eius exercitu, p Moyſen ſeruum ſuū in abyſſum demerſit.

merſit. Cede deo ✠ q̄ te p̄ Danielē pueruȝ
rū pdidit, ⁊ dracoſeȝ pſtrauit. Cede deo ✠
qui te p̄ fideliſſimuȝ ſeruuȝ tuum Dauid de
rege Saule ſpiritualib⁹ cāticis pulſuȝ fuga-
uit. Cede Deo ✠ qui te in Juda ſcarioth p
ditore dānauit. Jlle enim te diui ✠ his ver-
beribus angit, in cuius cōſpectu cū tuis legio
nibus tremēs, ⁊ clamās dixiſti Quid nobis
⁊ tibi filij Dauid: veniſti ante tēp⁹ torquere
nos. Jlle te ppetuis flāmis vrgeat, qui in fi
ne tēporū dicturus eſt impijs. Jte maledicti
in ignē ęternū, quē ꝑparauit p̄r meus diabo
lo, ⁊ angelis eius. Tibi eniȝ impie, ⁊ angelis
tuis vermes erunt, qui nunquaȝ morientur.
Tibi ⁊ angelis tuis inextinguibile prępara-
tur incendiuȝ, quia tu es princeps maledicti
homicidij, tu auctor inceſtus, tu ſacrilegiorū
caput, tu artium peſſimaruȝ magiſter: tu hę
reticoruȝ doctor: tu totius obſcęnitatis inuen
tor. Exi ergo ✠ impie. Exi ſcelerate. ✠ Exi
✠ cū omni fallacia tua ✠ quia hominēȝ tem
plūm ſuuȝ voluit eſſe Deus. Sed quid diu
tius moraris hic: da honorem Deo patri
omnipotenti ✠ cui omne genu flectitur. Da
locum dn̄o Jeſu ✠ Chriſto, qui pro hoīe ſan
guinem ſuuȝ ſacratiſſimū fudit. Da locū ſpi
ritui ſctō ✠ qui per beatū apoſtolū ſuuȝ Pe-
trū manifeſte te ſtrauit in Simone mago: q

fallaciã tuã i Ananiã, ⁊ Saphirã cõdẽnauit, q te i Herode rege honorẽ deo nõ dãte pcuſſit: q te in mago Marien p apl'z ſuũ Paulũ cęcitatis caligine pdidit, ⁊ p eũdẽ ð Phytoniſſa verbo imperãs exire pcepit. Diſcede ergo ✠ nũc, diſcede ✠ ſeductor, ✠ Tibi erem⁹ ſedes eſt: tibi habitatio ſerpẽs ẽ. Humiliare ⁊ pſternere. Iã nõ eſt differendi tẽpus. Ecce eniz dñator dñs pximat cito: ⁊ ignis ardebit ante ipſũ, ⁊ pcepit, ⁊ inflãmabit i circuitu inimico; ſuos. Si enim hoiez fefelleris: deũ nõ poteris irrider. Ille te eijcit, cui⁹ oculis nihil occultũ ẽ. Ille te expellit, cui⁹ virtuti vniuerſa ſubiecta ſũt. Ille te excludit, q tibi, ⁊ angelis tuis pparauit ęternã gehẽnã: de cui⁹ ore exit gladi⁹ bis acut⁹. Qui vẽtur⁹ ẽ iudicar viuos.

SECVNDVS EXORCISMVS. vocatus Luciferina.

Coniuratio pulchra contra demones. Orõ.

Adeſto dñe tui famuli N. ſaluti: adeſto muneri b⁹: vt qđ nr̃o quęrendũ eſt ſeruitio, tuo adimpleat auxilio. Per dñm nr̃m.

Audi maledicte ſathana, ⁊ ſpũs maligne, ⁊ adiurat⁹ p nomen ęterni Dei, ⁊ ſaluatoris dñi nr̃i Ieſu Chri: cũ tua vinct⁹ inuidia, gemens, tremenſqz diſcede: atqz nihil ſit cõmune, cũ N. ſeruo Dei: iã celeſtia cogitãti: tibi, ac ſcľo tuo renũtiaturo, cũ beatis victoribus

ꝛibus moꝛtalitatis. Da igit honoꝛeʒ ſpũi
tõ aduenienti: q a ſumma cęlſtarce deſcen-
it ꝑ turbãdis, deſtruẽdiſqʒ fraudib⁹ tuis: vt
iuino aquę viuę ſaluberrimoqʒ fõte, purga
i pectus eiuſdẽ ſanctificatũ Deo tẽplũ, ⁊ ha
itaculũ ꝑficiat; vt ab oibus penitus noxijs
teritoꝛũ criminũ liberatus ſeruus Dei N.N.
ratias perennes ęterno, ⁊ oipotẽti Deo re-
rat ſemper, ⁊ benedicat ineffabile nomen
us nunc, ⁊ in ſecula ſeculoꝛum. Amen. fiat.
Quib⁹ dictis cõtinuo iſta ꝑcepta ſũt legẽda.
℄ Primum pręceptum.
Ego impero vobis i virtute Dei omni
potẽtis: ⁊ ꝑ merita ſãctiſſimę paſſionis
ni nr̃i Jeſu Chꝛiſti: ⁊ in noie Jeſu Chꝛiſti,
i nomini nõ ſolũ obedire ꝯuenit cęleſti cũ
ę, veruʒ terreſtri, ⁊ infernali: ⁊ queadmodũ
ſt maioꝛis virtutis, ⁊ potẽtię, quã oẽs immũ
i ſpũs facturę, atqʒ phãtaſmata. Ita vobis
cipio in noie Jeſu, ſi verũ eſt ꝙ in hac crea-
ra Dei ſint phãtaſmata, aut ſpũs immũdi,
u ſpũs ęgritudinũ, aut incãtationes: ꝑcipio
obis in noie Jeſu, vt quãpꝛimũ diſcedatis;
ſeparetis vos ab omni loco, ⁊ mẽbꝛo huius
ꝛpoꝛis, ⁊ in pollice pedis ſiniſtri in eodem
onatis vr̃as vires, ⁊ oẽs remouentes ab eo
ſus ei⁹, atqʒ virtutes: ac inde minime ſurſũ
cẽdatis abſqʒ nr̃a licẽtia. Et ita vobis ꝑci
pio

pio in noie Jeſu, q̄ ſi pręcepto qd̄ vobis prę-
cepi in noie Jeſu, cōtrafeceritis: nō oſtenden
tes veritatez, per virtutē, ⁊ potentiā, quam ſu
pra vos Deus omnipotens mihi cōceſſit: re
ligo vos ęternaliter: ⁊ cōdemno vos ad vlti
muz inferni profundum, cū omnibus pęnis,
ſupplicijs. ⁊ tormentis, quę vnquam poſſibi-
lia ſint dici, ⁊ cogitari: pęnę, ſuppliciaqʒ ve-
ſtra ſemper augeant, Centies cētena millia
magis quā pęnę eorū ſunt: qui in imo profun
do baratri cruciātur: ⁊ cōtinue de die in diē
augeantur, deqʒ hora in horam, ⁊ ad diem
vſque tremendi iudicij: ſi nunc quamprimuʒ
veritatem non oſtendetis. Amen. fiat.

¶ Secundum pręceptum.

ITem impero vobis in virtute oīpoten-
tis Dei, ac p̄ merita ſanctiſſimę paſſio-
nis dn̄i nr̄i Jeſu Chr̄i. In noie ſanctę Tri-
nitatis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſancti: ⁊
p̄ illā ſanctā annūciationē, quā angelus Ga-
briel nūciauit glorioſę virgini Marię, q̄ fer-
re debebat in vtero Jeſuʒ Chr̄m: ⁊ ita vt ve
rū eſt, q̄ vera mr̄ fuit dn̄i nr̄i Jeſu Chr̄i: ⁊ ſi
cut ſemp̄ fuit virgo ante partū, i partu, ⁊ poſt
partū: ita pręcipio vobis in noie Jeſu Chri
ſti Nazareni: ſi verum eſt, q̄ in hac creatura
Dei ſint ſpūs immūdi, aut ſpūs ęgritudinū:
aut phantaſmata, aut facturę, aut incantatio

nes aliq̃ue: pręcipio inquã vobis, In nomine Jeſu Chr̃i Nazareni: q̃ nũc in momẽto diſcedere debeatis, ac vos ſeparare ex oĩ loco ⁊ membro huius corporis: ⁊ in hunc pedem venire debeatis: atq; i eodẽ ponere oẽs v̄ras vires: priuãtes eũ ipſum oĩ ſenſu, atq; virtute ideq; diſcedere nullo modo debeatis abſq; licẽtia. Ita vobis p̄cipio in noĩe Jeſu Chriſti Nazareni: q̃ ſi veritatẽ minime oſtendatis: virtute, atq; potentia, quã mihi ſupra vos Deus ſua infinita clemẽtia tribuit: religo vos ęternaliter, ⁊ cõdẽno i imũ vſq; inferni p̄fundum, in pęnis oĩbus, ſupplicijs, atq; tormẽtis quę vnquã poſſibilia ſint dici, ⁊ cogitari, ac pęnę, ⁊ ſupplicia veſtra ſemp̄ augeãtur cẽties cẽties millies magis quã eoꝝ pęnę, ac ſuplicia ſunt: q in inferni imo p̄fundo cruciãtur. De die i n diẽ, deq; hora i horã: ⁊ ad vltimũ finẽ tremẽdi iudicij: ſi nũc quãprimũ, ⁊ in momento veritatem non oſtendetis. Amen. fiat, fiat.

¶ Tertium preceptum.

ITem in noĩe ſanctiſſimę Trinitatis, ⁊ in virtute, ⁊ potentia oĩpotentis Dei, ac p̄ merita ſanctiſſimę paſſionis dñi noſtri Jeſu Chriſti: in noĩe inquã ſanctiſſimę Trinitatis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſcti: atq; p̄ merita glorioſe virginis Marię, verę matris dñi nr̃i Jeſu Chr̃i, ac p̄ merita ſancti Johãnis Bapti-

nis Baptiſtę, ⁊ Johānis Euāgeliſtę, cui reue
lata fuerūt ſecreta cęleſtia: ac ꝑ merita ſācto-
rū apoſtolorū, atq; diſcipulorū, ꝑ quatuor euā
geliſtas, ꝑ effuſionē ſanguinis ſanctoꝝ mar-
tyrum: ꝑ merita ſanctoꝝ cōfeſſoruʒ, ⁊ ꝑ qua-
tuor doctores chatolicę eccleſię, per ſanctas
virgines, ⁊ viduas, ꝑ oēs ſanctos ⁊ ſāctas cu
rię cęleſtis, ꝑ ſanctuʒ Michaelē, Gabrielē, ⁊
Raphaelē: ⁊ oēs ſanctos Angelos, ⁊ Archā
gelos, Thronos, Dñationes, Principatus, ⁊
poteſtates cęli: ꝑ ſctās miſſas, q̄ hodie ſunt cele
bratę ꝑ totā catholicā eccleſiam: ꝑ ſanctiſſimā
reſurrectionē dñi nr̄i Jeſu Chr̄i: ⁊ ſicuti ve-
rū eſt, ꝙ Jeſus Chr̄s die tertia a morte reſur
rexit ad vitā: ⁊ ſicuti virtutē, ⁊ poteſtatē dedit
apl'is eijciēdi expellēdiq; dęmonia, ⁊ ęgro-
tos ab oī morbo curādi ī noīe Jeſu, ita vobis
p̄cipio ī noīe Jeſu Chr̄i Nazareni, ſi veruʒ
eſt ꝙ ī hac creatura Dei ſint phātaſmata, aut
ſpūs immūdi, aut ſpūs egritudinū, aut factu
rę maleficę incātationes aliq̄. ✠ Impero in-
quā vobis in̄ noīe Jeſu Chr̄i Nazareni, ꝙ
nūc ſtatiʒ, ⁊ in momēto diſcedatis: ⁊ vos ſepa
rare debeatis ex oī loco, ⁊ mēbro huius cor-
poris, ⁊ in pedem deſcendatis, ⁊ ponatis ibi
omnes veſtras vires: ⁊ ita vobis pręcipio in
nomine Jeſu Chriſti Nazareni. Veruʒ cō
trafaciētes pręcepto; quod vobis pręcipio in
nomine

noie Jeſu Chriſti Nazareni, virtute, atque potentia, quã mihi clementiſſimus ⁊ oipotẽs Deus ſupra vos, ſua ꝑbuit miſericordia: religo vos ęternaliter, ⁊ cõdemno vſq3 ad vltimum inferni profundum, cũ omnibus pęnis ſupplicijs ⁊ tormẽtis, quę dici poſſibilia ſunt, ⁊ cogitari: q̃ pęnę, ſuppliciaq3 veſtra augeantur centies centena millia, magis quam ſunt eorum pęnę, qui in imo baratri cruciant̃ profundo. Et aſſidue continuato ſuppliciorũ numero, de die in diez augeat̃: de hora in horã, ad vltimum vſq3 in finem tremendi iudicij, niſi nunc in inſtanti abſq3 temporis momento veritatẽ oſtẽdatis: ⁊ hoc idez ſit ꝑ tertio, ⁊ vltimo ꝑemptorio, ad honorẽ, ⁊ gloriã ſanctiſſimę Trinitatis, dãnũ, ⁊ opprobriũ ſathanę, ⁊ oiuz infernaliũ. Et hoc ſub pęna excõmunicationis, nec nõ ſub pęna ſupportãdi, ⁊ habẽdi pęnas duplicatas plures illis, quas alibi deberẽt, vel plures, vł pauciores de pęnis accidentalib⁹ ad arbitriũ Dei altiſſimi: ⁊ caſu quo tuũ, vel vr̃m creatorẽ ꝯtẽpſeris in ſuo ſacerdote: in virtute eiuſdẽ Dei oipotẽtis pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpũs ✠ ſcti, ⁊ in virtute oi ſupra ⁊ alias cõmemorata. Exorcizo ✠ adiuro ✠ ꝯiuro ✠ anathematizo ✠ lucifeꝝ, ⁊ oẽs poteſtates infernales, ac ſingulis coꝝ ✠ pręcipio ſub pęnis cõſimilibus, vel alijs ęquiua-

lentibus

lentibus: ⁊ mei pręcepti tranſgreſſoribus: vt oēs ſpūs malignos inimicos tuos, vel vr̄os: ⁊ alios numero: q̄ ſufficiētes ſint ad infraſcripta; eos nominatim exprimendo: licentient, ⁊ cogant ad ſumēdū de te, vel de vobis ſupplicium; ⁊ te vel vos expellendū ab hac creatura ℟. cū oībus vr̄is malis effectibus p̄ ↄtumaciam, ⁊ rebellionem. Similiter quoqȝ exorcizo ✠ adiuro ✠ coniuro ✠ anathematizo ✠ omnes vos, vel veſtros ſpiritus: ⁊ quoſcūque alios neceſſarios vt ſupra: ac ipſum quoque luciferum: ⁊ ſingulis eorum pręcipio, quatenus expediāt in virtute vt ſupra, ⁊ ſub pęnis vt ſupra: vt oia mala vr̄a opera, ⁊ effectus deſtruāt, ⁊ annullent te, vel vos ab hac creatura Dei ℟. ⁊ ſine lęſione alicuiꝰ creaturę expellant: ⁊ ad inferni baratruȝ deducāt, ⁊ in profundo abyſſi igne excrucient, ⁊ affligant, pro demeritis inobedientię veſtrę. Oratio.

O Ro vero Deū oīpotētē: ſcilicet pr̄eȝ, ⁊ filiū, ⁊ ſpūm ſcūȝ, vt a tuis pęnis te, vel vos, nec alios ſpūs inobediētes nullatenꝰ abſoluat, ⁊ eas exoluere cogat, p̄ut ei placuerit.

¶ Primo interroga qō eſt nomē illiꝰ: ⁊ quot ſocios habet. Secūdo de quo ordine. Tertio q̄ ſit nomē magiſtri ſui. Quarto ſub qua poteſtate dęmoniorꝝ. Quinto vbi habitauit anteq̄ȝ intraret. Sexto p̄ quē fctū, vel ſanctaȝ

exiret.

exiret, vel perſonam. Septimo qñ, ꝛ quod ſi-
gnū. Octauo licentia, ſi noluerit reſpondere.
¶ Accipe ignē cū ſulphure bñdictū ꝛ profu-
miga donec dixerit veritatē. Poſtea adiura:
ꝛ precipias ꝙ de cetero nō habeat poteſtatē
nocendi, ꝛ ꝙ non dimittat defectū, ꝛc. Dicat
Pater noſter, cum Aue Maria. deuote ꝛ
oēs aſtātes. ꝛ puro corde In noīe pa ✠ tris,
ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpūs ✠ ſancti. Amen. Ego coniu-
ro ✠ te demonem, vel demones, ꝑ pa ✠ trē,
ꝛ fi ✠ lium, ꝛ ſpūm ✠ ſanctū: per Angelos,
Archāgelos, Thronos, dominationes, Prin-
cipatus, Poteſtates, ꝛ virtutes celoꝝ: ꝛ per
operationē oīuꝫ reruꝫ: ꝛ per oīa mirabilia,
que fecit deus in celo, ꝛ in terra, ꝛ ꝑ Cheru-
bim, ꝛ Seraphim, vt ſtatiꝫ nomē tuū mani-
feſtes, ꝛ exeas de corpore iſto: ꝛ de carne hu-
ius creature dei N. ꝛ procul fugias, citoque
recedas, ꝛ amplius non noceas. Coniuro ✠
te per quatuor Euāgeliſtas, Joannē, Mat-
theū, Marcū, Lucam. Per trē ✠ mendum
diem iudicij, ꝛ per ſanctā Mariā matrē dñi
noſtri Jeſu Chri, ꝛ ꝑ ſanguinē, ꝛ aquā ꝙ de
latere Chri dñi noſtri exiuit, ꝛ per viginti-
quatuor ſeniores, ꝗ ſedēt ſuꝑ vigintiquatuor
ſedes, ꝛ per ea que in circuitu throni ſunt, ꝛ
ꝑ illas virtutes, quas vidit Joānes de thro-
no egredi, ꝛ ꝑ arcana verba, que nō licet hoī

loqui, ⁊ per legiones angelorū principaliū, q
cātant canticū nouū ante ſedē maieſtatis dei:
⁊ per Patriarchas, ſcilicet Abrahaz, Iſaac,
⁊ Iacob: vt ſtatiʒ exeas de corpore iſtius crea
turę, procul fugias, ⁊ cito recedas. Con ✠ iu
ro te dęmonem per martyres, per innocētes,
⁊ per ſeptē Angelos, ⁊ duodeciʒ Apoſtolos.
Per pa ✠ trem, ⁊ fi ✠ lium, ⁊ ſpiritū ✠ ſan-
ctum, vt amplius non habeas licētiā ſtandi
ſuper hanc creaturā dei, ⁊ Chriſti, ✠ ſed fu-
ge: deſtruat te Deus ſicut glaciē a facie ignis,
⁊ deſtruat te Deus, vt plus nō facias vllum
dolorē, nec malū, ſiue pęnas ſupra carnē, vel
in carne, in perſona iſtius creaturę, ſicut quā-
do Chriſtus natus fuit, nullū fuit paſſus do
lorē. O dn̄e Deus, qui de limo terrę hoīem
plaſmaſti, cęlū, ⁊ terrā feciſti, ſic fac vt exeant
dęmones de corpore, ⁊ de carne iſtius creatu
rę: ⁊ ꝓcul fugiāt, ⁊ recedāt. Con ✠ iuro vos
dęmones ꝑ ſctm̄ ſacrificiuʒ, qd̄ celebrat ꝑ vni
uerſuʒ mundū, ⁊ ꝑ ſctūʒ Michaelē Archan-
gelū, ⁊ per ſanctū Raphaelē, ⁊ Gabrielem, ⁊
per ſanctā crucē, in qua fuit ſuſpenſus, ⁊ paſ-
ſus dn̄s noſter Ieſus Chriſtus, ⁊ ꝑ aduētū,
⁊ ꝑ natiuitatē, ⁊ ꝑ Circūciſionē dn̄i nr̄i Ie-
ſu Chriſti, ⁊ per baptiſmū ſuū, ⁊ per pęnas
ſuas, ⁊ paſſionē ſuā, ⁊ per mortē, ⁊ ſepulturā
ſuā, ⁊ per glorioſaʒ reſurrectionē ſuā, ⁊ per ad

mirabi-

mirabilem aſcenſionẽ ſuã; ⁊ per grãm ſpũs ſcti paracliti, ⁊ per tres pueros ſcilicet Ananiã, Azariã, ⁊ Miſaelẽ, de camino ignis ardẽtis liberatos, ⁊ per mẽbra corporis Chriſti, ⁊ per oẽs ſctõs Dei, ⁊ p oẽs, quos elegit dñs ante mũdi cõſtitutionẽ, ⁊ per oẽs creaturas Dei; ⁊ per oia viſibilia, ⁊ inuiſibilia creata a Deo, per clauos quos habuit Chriſtus in manibus, ⁊ pedibus, ⁊ per oẽs miſſas, q̃ cãtatę ſunt, ⁊ cãtabũtur per totũ mundũ, ⁊ per nomina Chriſti, ⁊ per prudẽtiã eius, vt recedas de corpore iſtius creaturę N. ⁊ vt amplius ei non noceas, nec vllũ malum, vel tribulationẽ ei facias. Dimi ✠ dat te Deus pater: de ✠ ſtruat te filius: diſper ✠ dat te ſpiritus ſanctus. Amẽ. Ipſa ſctã Trinitas oĩs deducat hãc creaturã ad priſtinã ſanitatem: ⁊ perducat vbi regnat ipſe filius, ⁊ viuit cum ſpiritu ſancto ✠ ſine fine in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Ecce cru ✠ cem dñi: fugite partes aduerſę: vicit leo de tribu Juda, radix Dauid Emanuel, baſ'ab. Chrs vincit. ✠ Chrs regnat. ✠ Chriſtus imperat: ✠ Chriſtus mortificat: ✠ Chriſtus viuificat: ✠ Sanctus ✠ Sanctus ✠ Sanctus ✠ dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt celi, ⁊ terra gloria tua: hoſanna in excelſis: ✠ Benedictus qui venit in nomine domini: hoſanna in excelſis. Oremus. ⁊

Exorciſmus ſecundus.

O Omnipotens ſempiterne Deus, verbū Dei patris Chriſte Jeſu. Deus ⁊ dñs vniuerſę creaturę, q ſanctis apoſtolis poteſtatem dediſti calcādi ſupra ſerpētes, ⁊ ſcorpiones, qui inter cętera mirabilium tuorum pręcepta dignat⁹ es dicere, Dęmones effugate, Cuius virtute victus tanquaꝫ fulgur de cęlo ſathanas cecidit, tuū nomen cum tremore, ⁊ timore ſuppliciter deprecor, vt indigniſſimo mihi peccatori data venia delictorūꝫ meorūꝫ cum fiducia poſſibilitatem donare digneris, vt hunc crudelem draconē, tua munitus potentia, firmus, ⁊ ſecurus aggrediar. Adiuro ✠ ergo vos oēs immundiſſimos ſpūs, ⁊ oēs phantaſias, ⁊ oēs incurſiones ſathanę, in virtute nois Chriſti, q poſt lauacrum baptiſmi Jordanis in deſertū ductus eſt: in tuis ſedibus, te vinxit, vt illū quē de limo terrę ad honorē ſuę glorię formauit, tu deſinas impugnare, ⁊ nō meā fragilitateꝫ. Chrs ✠ factus eſt ꝑ nobis obediens vſqꝫ ad morteꝫ, mortē aūt crucis: ꝑpter qd̄ Deus exaltauit illū, ⁊ donauit illi nomē, q̄ eſt ſuꝑ oē nomē, vt in noie Jeſu oē genu flectatur: cęleſtiū, terreſtrium, ⁊ infernoꝝ. Cede ✠ ergo Deo: q te i humiliato ✠ famulo ſuo Job: in ſeruitutē redegit. Cede ✠ Deo, q te ⁊ malitiā tuā in Pharaone, ⁊ exercitu eius percuſſit: ⁊ ꝑ Moyſen famulum

lum tuũ demerſit in profundum. Cede ✠ Deo qui p Danielẽ puerũ ſuũ draconem pſtrauit. Cede ✠ Deo, q te p fideliſſimũ ſeruũ ſuũ Dauid de Saule rege i ſpũalib⁹ cãticis pulſuz fugauit. Cede ✠ Deo, qui te i inuido pditore dãnauit Dathaz, ⁊ Abiron, ⁊ in eos iram ſuam oſtendit. Ille ✠ te diuinis verberibus agat, in cuius ɔſpectu cũ tuis legionibus tremens clamabas, Quid nobis, ⁊ tibi Ieſu Chꝛe: veniſti ante tẽpus torquere nos. Ille te flãmis ppetuis vrgeat, q in fine tpis, dicitur⁹ eſt tibi, ⁊ impijs: Ite maledicti in ignẽ eternũ, q pparatus eſt diabolo, ⁊ angelis ei⁹. Tibi impie, ⁊ angelis tuis erũt ibidẽ vermes q nunquã morient, ⁊ inextinguibile pparatũ erit incendiũ, qa tu es maledictus, ⁊ homicida, ⁊ principes homicidij, tu auctor inceſtus, tu ſacrilegiorũ caput, tu artiũ peſſimaꝶ magiſter, tu hereticoꝶ doctor, tu oĩuz maloꝶ inuẽtor. Exi ergo impie, exi ſcelerate, exi cũ oĩ fallacia tua, qa hoc templũ deus ſuũ eſſe voluit, ſed quare diutius moraris: da honorez deo oĩpotẽti: ✠ Da locũ Ieſu Chꝛi filio eius ✠ cui oẽ genu flectit, celeſtiũ, terreſtriũ, ⁊ infernorum: qui ppter hoĩez ſanguinem ſuum fudit. Da ✠ locũ ſpũi ſancto, q te p beatũ Petrum apl'z ſuũ manifeſtauit in Simone mago: q fallacia tua Ananiã, ⁊ Saphirã condẽ

 nauit

nauit. Qui te in Hermogene per apoſtolū ſuū Jacobū cecitatis caligine perfudit. Diſce ✠ de ergo maligne, diſcede ſeductor: tibi enim infernus ſedes eſt: tibi habitatio ſerpētiū, humiliare te ergo, ⁊ proſternere debes, qꝛ iam nō eſt tempus differēdi. Ecce eniꝫ dn̄s dominator approximat. Cito ignis ante ipſum ardebit: ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos eius: ſi enim hoiem fallis, ⁊ illudis: deuꝫ nō potes illudere, vel irridere: ille ✠ te eijcit, cuius oculis nihil occultum eſt. Ille ✠ te expellit, cuius virtuti vniuerſa ſubiecta ſunt. Ille ✠ te excludit, qui tibi, ⁊ angelis tuis preparauit gehennā, de cuius ore exijt gladius bis acutus: qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem.

¶ Si fuerit liberatus dicat cāticū Zacharię. Bn̄ꝫ dn̄s Deꝰ Iſ. ps. L. Laudate dn̄ꝫ de cęlis. Poſtea ſignet eū ſacerdos manu dextera dicēs

¶ Signo te famulū dei ſigno cru ✠ cis. Signo caput ✠ tuū, ſicut Deus ops dn̄s noſter Jeſus Chriſtus varijs lāguorib9 ſignauit oppreſſos. Signo ✠ tibi oculos tuos: ſicut dn̄s noſter Jeſus Chriſtus ſignauit oculoꝫ cęcorū, quos illuminauit. Signo ✠ tibi aures: ſicut ſignauit dn̄s aures ſurdorūꝫ. Signo ✠ tibi os tuum: ſicut ſignauit dn̄s noſter Jeſus Chriſtus ora mutorum, quos loqui fecit.

Dic ſignet omnia mẽbra tam honeſta, quã inhoneſta, ſi pôteſt ad minus principalia, vt ab ipſis expellatur diabolus. Oratio.

BEne ✠ dicat te dñs de⁹, ſicut benedixit Abrahã, Iſaac, ⁊ Iacob. Sit ſup ✠ te ſanitas, ſicut oliz ſup Mariã Magdalenã: ⁊ ſicut ſup mulierẽ, quã a fluxu ſanguinis ſanauit dñs. Cuſto ✠ diãt te angeli Dei, ab oib⁹ artificijs diaboli; ꝓtegat te Deus Iſrael, ⁊ adiuuet te, ⁊ augeat tibi ſanitatẽ, ⁊ bene ✠ dictionẽ: hic ⁊ in futuro ſeculo. Qui viuit, ⁊ regnat, ⁊ ventur⁹ eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ ſeculũ ꝑ ignẽ. ¶ Poſtea aſpergat cũ aqua benedicta, ⁊ dimittat in pace, pręcipiendo ꝙ faciat celebrare vnã miſſã de B. Maria cũ oõne ſpũs ſancti, ⁊ S. Zenonis epi. Oratio.

DEus, q beato Zenoni cõfeſſori tuo dediſti virtutez expellendi demones de quocũqz loco: pſta qs, vt per ei⁹ oõnes, ⁊ merita mihi pręſtes virtutem: vt iſti demones, qui famulum tuuz inuaſerunt, amplius non valeant ad eum accedere. Per Chriſtũ. ⁊c.

Si noluerit ſe manifeſtare, vel recedere: dic in auricula verba ſequentia.

ILlumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, ꝑualui aduerſus eũ. In manus tuas domine commendo ſpiritũ meũ: red

demiſti me domine Deus veritatis. Locutus ſum in lingua mea:notũ fac mihi domine finem meum. Et numerũ dierum meorũ quis eſt,vt ſciam quid deſit mihi. Fac mecũ ſignum in bonum,vt videãt qui oderunt me, ⁊ confundantur:quoniã tu domine adiuuiſti me,⁊ conſolatus es me. Dirupiſti domine vincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, ⁊ nomen dñi inuocabo. Perijt fuga a me: ⁊ non eſt qui requirat animã meã. Clamaui ad te domine,dixi,tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentiũ. Non me demergat tempeſtas aquę,neq̃ abſorbeat me profundum:neque vrgeat ſuper me puteus os ſuũ. Exurgat Deus,⁊ diſſipentur inimici eius, ⁊ fugiãt,qui oderunt eũ a facie eius. Sicut deficit fumus a facie venti,⁊ ſicut fluit cera a facie ignis,ſic pereãt peccatores a facie Dei. Vox domini ſuper aquas,Deus maieſtatis intonuit,Deus ſuper aquas multas:vox dñi in virtute,vox domini in magnificentia: vox domini confringentis cedros: ⁊ confringet dominus cedros libani. Irruat ſuper eos formido,⁊ pauor, in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles quaſi lapis,donec pertranſeat ſeruus tuus,quem poſſediſti.

Interroga: ſi noluerit: dic in auricula. In nomine pa✠tris,⁊ fi✠lij,⁊ ſpiritus✠ ſancti.

cti. Amen, per quẽ hęc omnia domine, ſemper bona creas, ſancti ✠ ficas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis, ⁊ pręſtas nobis. Filius Dei venit de cęlo, ⁊ incarnatus eſt in vtero beatiſſimę virginis Marię, cauſa expellendi diabolum, ⁊ omne malignum ſpiritu3: ita expellere dignetur a famulo Dei N. ⁊ mergere te, ⁊ alios in profundu3 inferni, ⁊ abyſſi. Ecce cru ✠ ce3 dñi noſtri Jeſu Chriſti: fugite partes aduerſę, vicit leo de tribu Juda, radix Dauid, haleluiah, haleluiah, haleluiah. Dixit dñs Jeſus diſcipulis ſuis, de quoru3 numero, quamuis indignos nos eſſe voluit. In nomine ✠ meo dęmonia eijcient: linguis loquetur nouis, ſerpẽtes tollẽt: ſup ęgros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Jeſus ✠ Marię filius: ſalus mundi, ⁊ dñs: ſit tibi ſalus ✠ clemens, ⁊ propitius: in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amen.

TERTIVS EXORCISMVS ſancto Cypriano aſcriptus.

¶ Hęc eſt oro S. Cypriani, cuius oro ſit ſemp nobiſcũ. Et eſt abſolutio oĩu3 facturarũ: ⁊ laus Deo i cęlo: ⁊ in terra: ⁊ dĩ nouẽ diebus. In noĩe Patris: ⁊ Filij: ⁊ Spũs ſancti. Amẽ.

¶ Hęc eſt ſanctificatio quę diſrũpit: ⁊ ſoluit omnia mala facturarũ. Ad laudẽ Dei magni: ⁊ virtutem altiſſimi Dei viui. Amen.

Ego

Ego Cyprianus seru⁹ dñi nři Jesu
Christi puidi sensuz meū, ⁊ memo
riā magnā altiſſimo Deo: ⁊ rogaui
eū, ⁊ dixi. Tu es Deus meus, De⁹
fortis, Deus magnus, Deus ops, q habitas
in magno lumine, ⁊ semp laudabilis i ſecu-
la ſeculoꝝ, Amē. Et ab antiquo tēpore vidi-
ſti maleficia ſerui tui, ⁊ iniquitates, in quibus
merſus erā ſub poteſtate diaboli. Et neſcie-
bam nomē ſanctū tuū, ⁊ terribile, ⁊ in illo tē-
pore ego Cyprian⁹ nubes ligabā: ⁊ nō pluē
bat ſuper faciē terrę, ⁊ terra nō dabat fructū
ſuuz, ⁊ arbores nō dabāt fructus eoꝝ: ⁊ per
greges ouiuz pergebā, ⁊ ſtatim diſertabant.
Et ſimiliter de mulierib⁹, q̄ pregnātes erāt li
gabā: ⁊ nō poterāt parere, ⁊ piſces maris li-
gabā, ⁊ nō ambulabāt ſemitas maris: ⁊ vo-
latilia celi ligabā, ⁊ nō volabāt prę multitudi
ne malitiarū mearū: ⁊ hęc oia faciebā. Nūc
aūt dñe Jesu Chrē cognoui nomē ſcūz tuū;
⁊ dilexi illud: ⁊ cōuerſus ſūz de multitudine
malaꝝ malitiarū mearū ex toto corde meo:
⁊ ex totis viribus meis: ⁊ ex tota mēte mea, i
dilectione, ⁊ in mandatis tuis. Et nūc ergo
rogo te dñe Deus meus: qa tu es vnicū ver-
bū patris altiſſimi Dei viui: vt diſſoluas vin
cula nubiū: ⁊ diſrūpas ea: vt deſcēdāt pluuię
ſup faciē terrę: ⁊ terra det fructū ſuū: ⁊ arbo-

res det fructũ eoꝝ: ⁊ pariat mulieres filios ſuos immaculatos: ⁊ piſces maris cũ omnibus animalibus: q̃ mouẽtur in aquis: ⁊ ſup terrã, diſſoluãtur ⁊ diſrũpãtur omnia flumina, ⁊ volatilia cęli: diſſoluãtur, q̃ mouẽtur ĩ aquis, ppter nomen ſanctũ tuũ laudabile, ⁊ benedictũ: ⁊ fugiat ab eis oẽ malũ, ⁊ oẽ vinculũ, ⁊ oẽ periculũ, ⁊ immũdi ſpũs nõ permaneãt in eis. Et oẽs facturę diſſoluant: ⁊ perdatur opus earũ, ⁊ perſonę eaꝝ, ⁊ oẽs ſenſus earũ. Et ideo tu dñe cuſtodi famulũ tuũ ab oĩ factura, ⁊ ab oĩ vinculo, ⁊ a maligno oculo, ⁊ a diabolis: ⁊ ab aurib⁹ eoꝝ, ⁊ a lingua doloſa: ⁊ a tonitruis: ⁊ a lãpadibus: a fulgure, ⁊ tẽpeſtate: ⁊ ab oĩbus inimicis, ⁊ malignis ſpiritibus: ⁊ a potẽtijs dñoꝝ rectoꝝ tẽporaliũ, ⁊ ſpũaliũ: ⁊ ab ira populoꝝ ppter nomẽ ſanctũ tuũ laudabile, ⁊ bñdictũ, magnũ ⁊ glorificatũ in cęlo, ⁊ in terra. Et p Emmanuel, q̃d ẽ interpretatũ nobiſcũ Deus: ⁊ ſicut aperta fuit petra, ⁊ aqua effuſa eſt: ⁊ biberũt filij Iſrael: ⁊ liberauit eos dñs Deus de terra Aegipti, ⁊ de manu Pharaonis per Moyſen, ⁊ Aarõ filios tuos. Et tu dñe Deus oppone manũ tuã dexterã plenã larga benedictione ſuper famulũ tuũ N. ⁊ reple eũ ęternis benedictionibus. Amẽ. Et etiã dñe ſicut tu poſuiſti Adã ĩ paradiſo ab origine mali

⁊ feciſti in eo manare magnū flumen: de quo
diuiſiſti quatuor flumina: ſcilicet Phiſon, Ge
on, Tygrim, ⁊ Eufratē: de quib⁹ totū mūdū
rigare p̄cepiſti. Et nemo potuit neqꝫ poteſt
tuę cōtradicere volūtati. Nec etiā tu dn̄e ꝑ-
mittas aliquē cōtradicere aduerſus famulū
tuū N. a quo hodie ꝑ virtutē tuā elongetur
omne malum, ⁊ omne periculum, ⁊ omnes
virtutes: ⁊ inſidię diaboli: ⁊ oēs aduerſarij ei⁹
nō habeāt poteſtatē nocere ei: nec ſeptuagin-
taduę linguę: ⁊ qui iā nocere ei deſiderant ex
aduerſarijs eius: ſint maledicti: ⁊ excōmuni-
cati: ⁊ anathematizati cū oib⁹ q̄ cū eis fuerint
in maleficijs: ⁊ ꝑ cōminationeꝫ Petri qui eſt
princeps apoſtolorū: ⁊ ꝑ oblationē ſolennē: ⁊
per deprecationem ſanctorū: ⁊ ſanctarū Dei:
⁊ per perfectionē eorū: ⁊ per humilitatē pere-
grinorū: ⁊ ꝑ ſacrificiū Abel: ⁊ ꝑ bonitatē Ra
phael: ⁊ per oblationē Enoch: ⁊ liberationē
Noe: ⁊ ꝑ oblationē Iſaac: quē redemit De⁹
ꝑ angelū: ⁊ ꝑ obedientiā Melchiſedech, ⁊ ꝑ
religionē eius: ⁊ per vinculū: ⁊ pulchritudinē
Ioſeph: ⁊ ꝑ ꝑſeuerationē Iob: ⁊ ꝑ dilectio-
nē ⁊ humilitatē Moyſi: ⁊ ꝑ religioneꝫ Aarō,
⁊ per orationes ſanctas: ⁊ pſalmos Dauid: ⁊
per annūciationeꝫ Iſaac: ⁊ ꝑ lamētationes
Ieremię: ⁊ ꝑ orationē Zacharię: ⁊ ꝑ ſctōs: ⁊
ſanctas: q̄ nō dormiūt: Deū laudātes: ⁊ per ꝓ

fundum

fundū abyſſi: ⁊ ꝑ claritatē deitatis, ⁊ per linguas euāgeliſtaꝝ: ⁊ ꝑ voces angeloꝝ, ⁊ ꝑ eū, quē vidit Moyſes, ⁊ ꝑ ſplēdorē luminū: per ſermonē apłoꝝ, ⁊ per natiuitatē dñi nři Jeſu Chři, ⁊ ꝑ baptiſmū eiꝰ, ⁊ ꝑ vocē auditā a pře de cęlis tonātē, ⁊ ſuꝑ eū dicentē. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipſum audite. Et ꝑ eū, q̄ fecit de aqua vinū, ⁊ ꝑ eū, q̄ ſatiauit quinq; millia hominū in deſerto, ⁊ ꝑ eū, q̄ ſuſcitauit Lazarū de monumēto: ⁊ per eū, qui fecit tranquilitatē in mari: ⁊ fecit ventos ceſſare, ⁊ ambulauit ⁊ fecit ambulare Petrū pedibus ſuis ſiccis ſuper aquas, ⁊ per eū, q̄ fuit crucifixus, ⁊ ſepultus, ⁊ reſurexit tertia die, ⁊ per aſcenſionem eius, ⁊ angeloꝝ millia miliū, qui fuerūt creati, ⁊ cum eo aſcenderūt in cęlū, ⁊ per ſpūs ſancti miſſionē ſuper apłos, ⁊ per orōnes peregrinoꝝ, q̄ timent Deū, ⁊ per eū, q̄ fecit oīa: ⁊ per vocem Chriſti: abſoluo oēs facturas: ⁊ oīa maleficia: quę facta ſunt: aut facta fuerūt aduerſus famulū Dei N. vt nō habeat poteſtatē diabolus aduerſus famulū dei N. ⁊ per noīa ⁊ orationes: q̄ in hoc libro ſcripta ſunt. Et ideo ad laudē Dei: qui creauit oīa: ⁊ per vocem Chři dicentis ſuper lignū crucis, Deus meꝰ, Deus meꝰ, vt qd dereliq̄ſti me: Et ꝑ nomē Dei viui glorificati: ⁊ adorati, ⁊ ꝑ přē: ⁊ filiū

⁊ ſpiritum

& ſpūz ſctūz: & ſi aliq̄ factura facta fuit, aut fiet
ꝯ famulū tuū N. p inuocationes, & virtu-
tes, & potētias diaboli: aut ſpūuz malignoꝝ:
aut in ęre: aut in plūbo: aut in argēto: aut in
auro: aut in aliquo filato de mortuo: vel bōbi
xino: vel de lana: vel de lino: vel in oſſe hoīs
mortui: vel in oſſibus aīaliū quadrupedū: vel
volatiliū, vel piſiuz; & ſi eſt i libro vel in carta
virginea, vel in ligno, vel in aliqb⁹ verbis: vel
in herbis: vel in lapidib⁹: aut in piſcibus de
aqua: vel ſine aqua: vel ſi eſt viuifici i illis: aut
in clibano, & ſi eſt in ſepulcro gigātū: aut He-
breoꝝ: aut paganoꝝ: aut Chriſtianoꝝ: & ſi eſt i
agro, vel vinea: & ſi eſt in mōtibus, vel in val
lib⁹ aut i fontib⁹, vel extra: & ſi eſt ab oriēte, vł
ab occidēte, aut a ſeptētrione: aut a meridie: &
& ſi eſt in veſtimētis: vel i cincturis: vel i triuio
aut in domo: vel i pariete: vel in lecto: aut de-
ſuper: vel deſubter: aut in rebus domus, vel
dominorū, aut i arbore, aut i fouea: aut i puteo,
aut in pfundo vel in abyſſo: aut i ſilua; vel ſpe
lūca ſolitaria, Et ſi eſt in deſerto: vel i diuiſio
nibus mariū, vel fluminū: vel in ſtatua: vel in
clauſura ferrea: vel lignea; vel in cōiunctura
mēbroꝝ: vel ꝯſūpta p ignē; vel potatione
vel comeſtione: vel quocūq; loco ſit, quoꝝ hec
via diſſoluant ab iſto famulo Dei N. Et tu
dñe libera eū ab oībus malis: & ab oīb⁹ tem-

[illegible] pesta-

peſtatibus: ⁊ tētationib⁹ demoniū: ⁊ malignis ſpiritib⁹: ⁊ phātaſmate: ⁊ a gladio ⁊ a veneno: ⁊ a fulgure: ⁊ ab oī factura: ⁊ tēpeſtate, ⁊ ab oī vinculo facture, ⁊ a maligno oculo ⁊ lingua doloſa, ⁊ ab oibus periculis. Amē. Per nomen Dei, Deus Abrahā, Deus Iſaac, Deus Jacob: rex magnus: ⁊ glorificatus: ⁊ adoratus: viuificus in celo ⁊ in terra: diſſoluātur ab iſto famulo Dei N omnes facture: ⁊ oīa mala. Amē. ⁊ aperiat ei Deus ianuā dilectionis ſue corā oībus hoībus: ⁊ corā oib⁹ ſcīs Angelis ſuis: videlicet Michaele: Gabriele: Raphaele: Samele: Satquiele: Anaele: Caiptiele: Uiriele: Afiele: Caphareile: Pantaſerō: Rachiele, Cherubin: Seraphin: oib⁹ Angelis, ⁊ Archāgelis: Thronis: ⁊ Dñationib⁹: Principatib⁹: ⁊ poteſtatibus: ⁊ Uirtutib⁹ celoꝝ: ⁊ beatoꝝ ſpūuz: ⁊ per ſcīm Johānē Baptiſtā: ⁊ p oēs Patriarchas: ⁊ Prophetas: ⁊ orōnes oium ſctoꝝ Apoſtoloꝝ Petri: ⁊ Pauli: Andree: Jacobi: Johannis Thome: Jacobi: Philippi: Bartholomei: Matthei: Simonis: ⁊ Thadei: Marci: Luce: ⁊ Johannis. Et per orationes oīum ſanctoꝝ martyrum: Stephani: Uincentij: Clementis: Sixti: Cornelij: Cypriani: Laurenti: Hippolyti: Leonis: Georgij: Theodori: Criſpini: Chriſtofori: Dionyſij cum ſoꝫ

cijs ſuis. Et per orationes omniū ſanctoruꝫ: ⁊ ſanctarū, virginū: beatę Marię ſemꝑ virginis: Marię magdalenę: Marię Salome: Marię Aegyptiacę: Annę: Perpetuę: Felicitatis: Agathę, Lucię, Cecilię, Marthę, Catherinę, Cōſtantię, Anaſtaſię, Eulalię: Eugenię, Scolaſticę, Reparatę, Barbarę, Helenę, venerabilis Margaritę, Julię, Teclę, Brigidę, Veronicę, ⁊ Suſannę. Et per orationes omniū ſanctorū confeſſorū Sylueſtri, Martini, Hilarij, Britij, Auguſtini, Ambroſij, Hieronimi, Gregorij, Nicolai, Benedicti, Columbani, Mauritij, Leonardi, Blaſij, Gaij, Antonij, Pauli, Ludouici, Elię, Juliani, Coſmę, ⁊ Damiani, ⁊ oīuꝫ ſanctoꝝ celeſtiū virtutū: ⁊ ꝑ crucifixū ſctū viatorē ⁊ victoreꝫ; ⁊ ꝑ eū q liberauit genus humanū a poteſtate tenebrarū, ⁊ ꝑ hęc ſctā noīa oīa, ⁊ per oīones, quę in hoc libro ſcriptę ſunt: diſſoluātur aduerſum famulū Dei N. N. oīa vincula, ⁊ poteſtates diaboli, ⁊ a maligno oculo ⁊ a virtute diaboli libereẗ per pr̄eꝫ, ⁊ filiū, ⁊ ſpūm ſctū. Amen. Cōiuro vos maligni ſpūs per nomen Dei viui, ⁊ per virtutē eiꝰ, q principiū nō habet, neqꝫ fineꝫ, q ſuper nubes ambulat, ⁊ ſuꝑ pennas vētoꝝ ⁊ ꝑ angelos, q corā eo ſtāt: quorū facies apertę ſunt: vt videāt ſplēdorē maieſtatis altiſſimi Dei viui, ⁊ ꝑ flā

mam

mam ignis quę eſt ante faciem eius combu
rantur omnes ſpiritus immundi, ⁊ per viꝫ
iſtius dei, qui eſt Deus deorum, ⁊ dominus
dominorum. Coniuro vos per nomen Dei
viui, vt non habeatis poteſtatem ſuper famu
lum iſtum nocendi nec in die, nec in nocte,
neqꝫ vigilando, neqꝫ dormiendo, neqꝫ ſedē-
do, neqꝫ ſtando, neqꝫ comedendo aut bibē-
do, nec in noua, nec in vetere, nec in vlla hora
diei, neqꝫ noctis, neqꝫ habeatis poteſtatē in-
trandi domum vbi hoc ſcriptum, vel lectum
fuerit, nec in vlla figura appareatis per lau-
des angelorum glorificatorum: ⁊ per vocem
tonitruorum: quę ſunt in monte Synai, qui
mons illuminatus eſt a ſancto lumine, ⁊ per
illum, qui locutus eſt per dominum magnū
Deum deorꝫ Moyſi, ⁊ Dauid, ⁊ liberauit
filios Iſrael, ⁊ per virtutem, atque domina-
tiones cęlorum, ⁊ per orationes trium pue-
rorum Ananię, Azarię, Miſael: qui poſiti
fuerunt in camino ignis ardentis: ⁊ non eſt
combuſtus ex eis pilus, ⁊ nō nocuit flamma
ignis per dominum deum, qui deſcendit in
medio eorum, ⁊ reſoluit vincula eorum in me
dio camini ignis: ita perſoluantur a famulo
tuo N. omnia vincula, ⁊ omnia mala factu-
rarum: ⁊ omne malum per omnes ſanctos,
⁊ ſanctas Dei, ⁊ per officiū quod celebratur

in eccleſijs ad dominũ deum noſtrum, ꝛ ꝑ ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui effuſus fuit ſuper lignum crucis in Golgotha: per fidem Iohannis Baptiſtę, ꝛ omnium ſanctorum, ꝛ ſanctarum Dei, ꝛ per coronam Chriſti regis, ꝛ per ſanguinem ſuum: ꝛ per thronum altiſſimi dei: ꝛ per duodecim apoſtolos, ꝛ per quatuor euangeliſtas. Abſoluo iſtum famulũ dei N. ab omni vinculo ſeruitutis, ꝛ ab oĩ factura, ꝛ ab oi malo. Amẽ. Aperiat ei dñs ianuas miſericordię: ꝛ det ei dilectionem oium boium: ꝛ diſcedant oẽs maligni ſpiritus, ac ſeptuagintaduę linguę, ꝛ nõ habeant poteſtatẽ inuiſibiles, neqꝫ maligni oculi nocendi, neqꝫ cõtriſtandi aduerſus famulũ dei N. per abſolutionẽ, qua ego hodie abſolui: ꝛ ꝑ vocẽ dei dicẽtis: Adaꝫ, Adã vbi es: Abſoluo iſtũ famulũ Dei N. ab omni factura, ꝛ ab oi vinculo, ꝛ a maligno oculo Amẽ. ꝛ ꝑ virtutẽ, qua diuiſit Deus mare rubrũ: ꝛ ambulauerũt filij Iſrael in medio eius: ꝛ ꝑ virtutẽ, qua vocauit Lazarum, veni foras: ꝛ ꝑ virtutem, qua erexit lãguidũ dicẽs. Surge tolle grabatũ tuũ, ꝛ vade in domũ tuam: ꝛ amplius noli peccare, quã infirmitatem paſſus fuit annis trigintaocto ꝛ per eum, qui pluit aquam, ꝛ dedit pluuiã ſup facieꝫ terrę, ꝛ terra dedit fructum ſuum, ꝛ per religionẽ

Eliȩ prophetȩ: ⁊ ꝑ humilitatē Joseph:⁊ per eū,q deſcendit de cęlo,⁊ ꝑ eum,qui ſoluit vincula humani generis, ita ſit abſolutio iſta in hoc famulo dei N. Amen. Qui vero mala verba,⁊ ocioſa dixerint aduerſum famulum Dei N. deſtruat illos, ⁊ illas Deus, ſicut deſtruxit Madiaz, ⁊ Siſara in torrēte Ciſſon:⁊ oēs facturȩ,⁊ oīa vincula,quȩ facta ſunt vel facta fuerunt aduerſus famulū Dei N. deſtruantur per poteſtatem Altiſſimi Dei:⁊ per Emmanuel,quod interpretatur nobiſcum Deus: Hoc ✠ loyn, Ely, ✠ Sadi, ✠ Eſadi, ✠ Adonay ✠ Sabaoth, ✠ Hȩc ſunt noia altiſſimi Dei viui,⁊ ſint in adiutorium famulo Dei N. ad defenſionem,⁊ liberationem eius ab oibus malis,atqȝ periculis;⁊ ab oibus facturis ⁊ ab oibus aduerſitatibus,⁊ periculis per dñm noſtrū Jeſum Chriſtum,⁊ per beatā Mariā matreȝ dñi: ⁊ per orationes omnium ſanctoruȝ,⁊ ſanctarum Dei, liberetur ſeruus, ⁊ famulus Dei N. ab omni vinculo. Amen. Et nō habeat poteſtatem nocendi, neqȝ cōtriſtandi ei diabolus:nec vlla factura;nec inimicus dñatione,⁊ poteſtatē habeat nocēdi, neqȝ cōtraſtandi aduerſus famuluȝ Dei N, ⁊ per orationes omniū ſanctorū, ⁊ ſanctarū Dei liberetur famulus,⁊ ſeruus Dei,⁊ per virtutē dñi

noſtri Jeſu Chriſti, Qui cuz Deo pre,ꝛ ſpū ſctō viuit,ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. Amē. Si ergo me queritis ſinite hos abire. Ego ſum Alpha ꝛ Omega,principium,ꝛ finis.

Initium ſancti Euangelij ſm Johannem.

IN principio erat verbum, ꝛ verbum erat apud Deum, ꝛ Deus erat verbuz. Hoc erat in principio apud Deum: oīa per ipſum facta ſunt,ꝛ ſine ipſo factum eſt nihil,quod factum eſt. In ipſo vita erat,ꝛ vita erat lux hominū, ꝛ lux in tenebris lucet,ꝛ tenebre eam nō comprehenderunt. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Johannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine:vt omnes crederent per illum: nō erat ille lux,ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: in mundo erat,ꝛ mundus per ipſuz factus eſt: ꝛ mundus eum non cognouit. In propria venit, ꝛ ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius:qui non ex ſanguinibus,neqz ex voluntate carnis:neqz ex volūtate viri,ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, ꝛ habitauit in nobis: ꝛ vidimus gloriam eius,

gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenū gratie, ⁊ veritatis. ℟. Deo gratias.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſm Lucam.

CUm natus eſſet Ieſus in Bethlehez Iude, in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerunt Jeroſolymā dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex Iudeorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente, ⁊ venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, ⁊ omnis Jeroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum, ⁊ ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In Bethlehem Iude. Sic enim ſcriptum eſt per prophetā. Et tu Bethlehē terra Iuda, nequaquaz minima eſt in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtelle, que apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem dixit. Ite ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cum inueneritis, renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorez eum. Qui cum audiſſent regē, abierunt. Et ecce ſtella, quā viderant in oriente, antecedebat eos, vſqz dū veniēs ſtaret ſupra, vbi erat puer. Videtes autē ſtellā, gauiſi ſunt gaudio magno valde, ⁊ intrantes domū inuenerunt

puerum cum Maria matre eius, et procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, tus, et myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne rediرent ad Herodē, et per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. ℟. Deo gratias.

Sequentia ſancti euāgelij ſm Marcum.

IN illo tempore. Recūbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Jeſus, et exprobrauit incredulitatē illorum, et duritiam cordis: quia his qui viderant eū reſurrexiſſe a mortuis, nō crediderūt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum, prędicate euangelium omni creaturę. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui vero non crediderit, cōdemnabitur. Signa autem eos, q crediderint hęc ſequentur. In nomine meo dęmonia eijcient: linguis loquētur nouis: ſerpentes tollēt: et ſi mortiferum qd biberint, nō eis nocebit. Sup ęgros man⁹ imponēt, et bn̄ habebunt. Et dn̄s quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cęlum, et ſedet a dextris Dei. Illi autem profecti, prędicauerunt vbiqz, dn̄o cooperante, et ſermonē confirmāte, ſequētibus ſignis. ℟. Deo grās.

Sequentia ſancti euāgelij ſm Mattheum.

IN illo tempore. Cum introiiſſet Jeſus Capharnaum, acceſſit ad eum centurio

rogans eum, & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Jeſus. Ego veniam, & curabo eũ. Et reſpondens centurio ait. Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alio veni, & venit: & ſeruo meo fac hoc, & facit. Audiens autem Jeſus miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in regno cælorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et dixit Jeſus centurioni. Vade: & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. ℟. Deo grãs.

EXORCISMVS QVARTVS:

Qui legitur Romæ in ſancto Petro ante columnam Domini.

℣. Adiutoriũ noſtrũ. ℣. Sit nomen dñi. &c. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pater nr. ℣. Saluũ fac ſeruũ, &c. ℣. Nihil pficiat inimicus, &c. ℣. Mitte ei dñe, &c. ℣. Eſto ei domine, &c. ℣. Dñe exaudi orationem meã, &c. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

D Omine Deus propitius eſto mihi peccatori:qui omnes homines vis ſaluos fieri,⁊ ad agnitionem veritatis tuę venire: ſuſcipe orationem meam,quam pono ante cõſpectum clementię tuę,pro famulo tuo N. qui a demonio vexatur: ⁊ eum ad miſericordiam tuam peruenire concede. Per Chriſtum dominũ.

E Xi ab eo ſathana:⁊ da locũ ſpũi ſancto paraclito:exi foras ſpũs immunde ab hac creatura Dei N. in noie Jeſu Chri.

O Remus fratres cariſſimi,p hac creatura Dei N. quę ſecundum carnem ab infirmitate vexatur: vt deſuper illi mittat Deus angelum pacis:⁊ angelum ſalutis,cũ medela cęleſti:vt eam viſitare, ⁊ corroborare dignetur. Per dominum noſtrum. ⁊c.

D Omine ſancte,pater omnipotẽs,ęterne Deus, per impoſitionem manuum mearum virtute Dei refugiat diabolus ab vniuerſis compaginibus membrorum iſtius creaturę Dei N. in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti:qui nos ſuo ſanguine redemit. Qui venturus eſt iudicare viuos. Oratio.

D Omine Jeſu Chriſte: cui omnia ſubiecta ſunt,quem omnis creatura,⁊ omnis natura expaueſcit: te inuocamus, cuius audito nomine ſerpens manſueſcit: ⁊ draco

in fugam

in fugam pellitur: vipera ſtatim cõpeſcitur, ſcorpius extinguitur, regulus vincitur, ⁊ omnia venenata, ⁊ noxia animalia tenebrarum, ⁊ omnes aduerſę naturę manſueſcunt: tu domine Jeſu Chriſte extingue hũc venenoſum ſerpentem: virtutem eius extingue, operationes eius mortifica: quas in ſe habet nequitias euacua: ⁊ da in conſpectu tuo his, quos tu creaſti oculos, vt videant: aures vt audiãt gratiã tuã: cor vt magnitudinẽ tuã intelligat, ſaluator mundi. Qui viuis. ⁊c. Oremus

Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus apoſtolorum, Deus martyrum, Deus confeſſorum, Deus virginum, Deus, ⁊ pater domini noſtri Jeſu Chriſti te inuoco, ⁊ nomẽ ſanctum tuum, ac pręclarę maieſtatis tuę clemẽtiam ſupplex depoſco: vt mihi auxilium tuũ pręſtare digneris, aduerſus hunc nequiſſimũ ſpũm: vt vbicunqʒ ſit, audito noie tuo velociter exeat, ⁊ recedat. Per Chriſtum. Oratio.

Ipſe tibi imperat maledicte diabole, q ventis, ac mari, ⁊ tempeſtatibus imperauit. Ipſe tibi imperat: cui te de ſupnis cęlorũ i inferiora terrę demergi pręcepit. Ipſe tibi imperat, q te retrorſuʒ redire pręcepit. Audi ergo ſathana, ⁊ time, ⁊ victus ⁊ proſtrat⁹ recede adiuratus in noie dñi nr̃i Jeſu Chriſti.

Tu ergo nequiſſime ſpiritus,qui es inimicuꝫ humani generis,mortis raptor,iuſtitię decli-nator,malorum radix,fons vitiorum,ſeductor hominum,percuſſor gentium, incitator inui-die, cauſa diſcordię, origo auaritię, excitator dolorum,magiſter dęmonum,quid ſtas,⁊ re ſiſtis ſanctis,cuꝫ ſcias te perdere vires in eū qui in Iſaac eſt immolatus:in Ioſeph venū datus,in agno occiſus,⁊ in cruce crucifixus: deinde es ab eo ſeparatus, recede i nomine pa✠tris,⁊ fi✠lij,⁊ ſpūs ✠ ſanti,⁊ da locuꝫ ſpūi ſancto per hoc ſignum ſanctę cru✠cis dñi noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iu-dicare viuos,⁊ mortuos,⁊ ſeculū. Oremus.

Domine ſancte,pater omnipotēs,ęter-ne Deus,hoſanna in excelſis,qui illū ſathanam refugam tyrannum deputaſti ge-hennę: qui vnigenitum tuum in hunc mun-dum miſiſti, vt illum rugientem leonem con tereret:velociter attende,⁊ accelera vt eruas hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudineꝫ tuā formatum, a ruina, ⁊ dęmonio meridiano. Da dñe terrorē tuū ſuper beſtiā,quę extermi nauit vineā tuā, da fiduciā ſeruis tuis, cōtra hunc nequiſſimū ſpūm fortiter ſtare; ne con-temnat ſperantes in te,quia tu es Deus ſo-lus,⁊ dicat ſicut olim dixit:Deum non noui, ⁊ Iſrael nō dimittā. Vrgeat illū dñe potēs

dextera tua diſcedere à famulo tuo N. nec diutius pſumat tenere captiuũ hoiem, quẽ tu ad imaginẽ tuã facere dignatus es: ⁊ in fine ſeculi per ſanguinem filij tui redemiſti. Per eundem dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum. Qui venturus. Coniuratio.

Adiuro te ſerpens antique per iudiceꝫ viuorum, ⁊ mortuorũ: per factorem mũdi, qui habet poteſtatem mittere te in gehennam, vt ab hoc famulo Dei N. qui ad eccleſię ſuę currit pręſidia, feſtinus diſcedas. Adiuro te non per meam infirmitatem, ſed per virtutem ſpiritus ſancti: vt exeas ab hoc famulo Dei N. quem dñs Jeſus Chriſtuſ fecit ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ ſuam. Cede, cede, cede nõ mihi, ſed miniſtro Chriſti. Jllius enim te vrgeat poteſtas, qui te affixus in fronte cru✠ci, ſuo ſubiugauit imperio. Jllius brachium contremiſce: qui de cunctis gemitibus inferni animas iuſtorum ad lucem perduxit. Sitq; tibi terror corpus hominis: ſit tibi terror imago Dei, nec reſiſtas; nec moreris diſcedere ab homine iſto: quia complacuit Deo: vt in homine habitaret. Et ne infirmiſſimum contemnendum putes, dum me peccatorem eſſe cognoſcis: Jmperat tibi Deus, imperat tibi maieſtas Chriſti: imperat tibi Deus pater: impe-

rat tibi Deus filius: imperat tibi Deus ſpiritus ſanctus, imperat tibi fides ſanctorum apoſtolorum Petri, ⁊ Pauli, ⁊ cęterorū apoſtolorum. Imperat tibi ſanguis martyrum: imperat tibi ſacramentum in fronte Cru✠cis. Imperat tibi myſteriorum virtus, imperat tibi Ieſus Nazarenus: imperat tibi verbū, qđ caro factū eſt. Exi trāſgreſſor, exi ſeductor exi plene oī dolo, ⁊ fallacia: veritatis inimice, da locum duriſſime, da locum ſpurciſſime, da locū impijſſime, da locum Ieſu Chriſto, in quo nihil inueniſti de nefandis operibus tuis: qui te expoliauit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victum ligauit, ⁊ vaſa tua diripuit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum miniſtris tuis erit pręparatus interitus. Sed nunc quid turbulente cogitas? Quid temerarie retractas? Reus omnipotenti Deo, cuius ſtatuta tranſgreſſus es. Reus Ieſu Chriſto filio eius, quem temerarie auſus es tentare, ⁊ crucifigere pręſumpſiſti. Reus humano generi, cui tuis perſuaſionibus mortis fructum propinaſti. Adiuro te draco nequiſſime, ✠ in fronte in noie agni immaculati qui ambulat ſuper aſpidem, ⁊ baſiliſcum; qui conculcat leonem, ⁊ draconem, vt diſcedas ab homine iſto: diſcedas ab eccleſia Dei. Contremiſce, ⁊ fuge inuocato

nomine

nomine illius, quem inferni tremunt: cui virtutes cęlorum ⁊ poteſtates ſubiectę ſunt: quē Cherubim ⁊ Seraphiꝫ indefeſſis vocibus laudāt dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Jeſus Nazarenus, qui te, cuꝫ diſcipulos eius contemneres, eliſum, ⁊ proſtratum exire iuſſit de homine. Quo pręſente cum te ab homine ſeparaſſet: nec porcorum gregem preſumebas contingere. Recede ergo nunc adiuratus in noie Dei ✠ in fronte ab homine iſto N. quem ipſe plaſmauit. Duruꝫ eſt tibi Chriſto velle reſiſtere: durū eſt tibi contra ſtimuluꝫ calcitrare: quia quanto tardius exis: tanto magis tibi ſuppliciuꝫ creſcit: quia non hominem contemnis: ſed illum qui eſt dominator viuorum, ⁊ mortuorum. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. ⁊c.

Initium ſancti euangelij ſm Johānē; vt ſup.

Inprincipio erat verbum, ⁊ verbum erat.

Recede ergo diabole a capite, a capillis, a lingua, a ſublingua, a dorſo, a collo, ab humeris, a femoribus, a pectore, a ſtomaco, a corde, a brachijs, a vētre, a manibus, a cruribus, a tibijs, a genibus, a pedibus, ab inteſtinis maioribus, ⁊ minoribus. Separa te a famulo Dei, ſicut Deus ſeparauit cęluꝫ a terra, lucem a tenebris, veritateꝫ a mendacio,

clo, bonum a malo, dulce ab amaro, ſic eris ſeparatus immundiſſime ſpiritus ab homine iſto: quia vincit Chriſtus, & potentia eius, quam tu vincere nõ potes, ſed vincat te dñs noſter Jeſus Chriſtus, teq; condemnari faciat in ſempiternu; & deſcendat ad nos gratia pietatis ſuę. Qui venturus. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus: pater domini noſtri Jeſu Chriſti: te ſupplices deprecamur: impera diabolo, q hunc famulum tuum N. detinet: quem filius tuus vnigenitus redemit ſuo ſanguine, vt ab eo recedat: libera eum, vt expurgatus, ab omni ſorde iniquitatis, maieſtati tuę, pura mente deſeruiat, conſecutus gratia; ſpiritus ſancti. Qui viuis, & regnas deus per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen.

REpelle dñe ab hoc famulo tuo N. omnem infeſtationẽ inimici: vt redintegrata ſua priſtina ſanitate, ad gratiarum tuę clementię redeat actionem. Per Chriſtum dominu; noſtrum. Amen. Adiuratio.

ADiuro te, & conteſtor diabole per nomen domini noſtri Jeſu Chriſti, & per imperium eius: & per virtutem, & potentiam ſanctę Trinitatis: vt exeas ſathana, & omnis diabolica poteſtas ab homine iſto abſq; leſione animę, & corporis ſui: vt exeas omnino,

nec

nec ſtare, nec deſtruere, nec latere, nec ſeuire in corpore iſtius hominis, i ſpiritu, vel anima, aut veſtimento pręſumas: ſed profugias: ⁊ recedas: nullumq; veſtigij tui ſignum, aut dolorem in anima iſtius, vel carne, vel oſſibus, derelinquas. Exi immunde ſpiritus quicunq; es, aut vnus, aut plures; quodcunque ſit tibi nomen. Exi velociter de capite, de capillis, de fronte, ⁊ de omni compagine membrorum eius: neque per vllum argumētum, aut caliditatem te celare pręſumas: neque quę ſunt eius contingas, aut abſcondas: non veſtimenta illius, non iumenta, non pecora: ſed catenatus, ⁊ refrenatus per imperium, ⁊ poteſtatem, ⁊ regnum domini noſtri Jeſu Chriſti creatoris mundi, tu exul effugias, ⁊ partem illam petas, vbi nullam creaturam dei lędere pręſumas. Da honorem Deo omnipotenti, ſub cuius imperio omnia nominantur, cui inſenſibilia obediunt elementa. Virtus eius te expellat, ⁊ te exire cogat cum omni turba, qui de Magdalena ſeptem fugauit dęmonia, qui regna mortis per te inuenta deſtruxit: ⁊ de poteſtate tua electos ſuos abſtulit. Ipſe eſt rex glorię, qui ex ore patris prodijt ante Luciferū. Qui venturus ē iudicare viuos, ⁊ mortuos. Oremus.

Te deprecamur, te inuocamus omnipotens deus, ſancta trinitas, vt hominem iſtum pietatem tuam petentem iubeas emundari ab omnibus inſidijs dęmonum, ⁊ doloribus viſionum eorum. Et petimus etiam, vt ſancta virtus tua domine Jeſu roboretur in homine iſto, ⁊ corroborare euz digneris ad vitam ęternam. Nam legimus in euangelio ſancto tuo, quod cum omni imperio ſuo dominus Jeſus ſpiritus immundos eijciebat, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem. Ipſe infirmitates noſtras, ⁊ ęgrotationes noſtras portauit, ⁊ liuore eius plagę noſtrę ſanatę ſunt. Tu es domine ſaluator mundi, qui apoſtolis tuis ſanctis, ⁊ omnibus in te credentibus poteſtatez dediſti, vt ſpiritus immundos eijcerent, ⁊ curarent omnes languores, ⁊ infirmitates, per inuocationem ſancti nominis tui. Tu dixiſti. Quicunqz inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Et quodcunqz petieritis patrez in nomine meo dabit vobis. Tu domine dixiſti. Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data darę filijs veſtris: quanto magis pater veſter de celo dabit bona petentibus ſe. Tu dixiſti. Si habueritis fidem, ⁊ dixeritis mõti huic tranſi: tranſibit. Nos credimus te Deum eſſe omnipotentez, ⁊ apud te omnia

poſſibi-

camus, exaudi nos. Te ſaluatorem noſtrum petimus propter nomen ſanctum tuum, vt hunc ſeruum tuum ab omni incurſu demonum emundes, ⁊ omnem infirmitatem quã gerit in anima, vel in corpore medicina tua ſancta ſanes. Tu domine dixiſti. Non eſt ſanis opus medico: ſed ęgrotis. Et dixiſti, nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Tu es verus Deus, ⁊ bonus cum patre ⁊ ſpiritu ſancto mediator Dei, ⁊ hominũ, ⁊ propitiator pro peccatis noſtris: omnipotẽs ab omnipotente genitus in ſecula. Mitte ergo ſanctos angelos tuos, ſanctũ Michaelez, ſcũm Gabrielez, ⁊ ſanctũ Raphaelẽ vt adſint, ⁊ defendant hominem hunc: quez tu manibus tuis plaſmaſti: cui tu aiam donaſti: ⁊ ſanguinẽ pro ipſo fundere dignatus es: ⁊ protegant illũ vigilantem, ⁊ dormientẽ ab omni infeſtatione diabolica. Ita reddãt illũ quietũ, tranquillũ ac ſecurũ; vt nullã in eum poteſtatẽ deinceps habeant ſpũs iniqui: nec in euz ingredi preſumãt: neqz aiaz, neqz corpus eius lędere, fatigare, aut terrere: aut etiaz tentationibus titillare pręſumãt. Qui viuis, ⁊ regnas Deus in ſecula ſeculorum. Amen. Oremus

D Eus conditor, ⁊ defenſor humani generis: qui hominem ad ſimilitudinez tuam formaſti: reſpice ſuper hunc famulum

tuum R. qui dolis inuidi ſerpentis appetitur, quem vetus aduerſarius ⁊ hoſtis antiquus formidinis errore circunuoluit: ⁊ ſenſum mentis ſtupore defigit: atq; terrore conturbat, ⁊ motu trepido timoris exagitat. Repelle domine virtutē diaboli, ⁊ fallaces inſidias eius amoue, vt impius tētator effugiat: ſitq; nois tui ſi ✠ gno famulus tuus in aia tutus, ⁊ corpore. Tu pecto ✠ ris eius interiora cuſtodias: viſcera ✠ tegas: cor ✠ confirmes. In aia ✠ aduerſarię poteſtatis tentamenta euaneſcāt. Da dn̄e ad hāc inuocationē nois tui gratiam: vt qui hucuſq; terrebat, teritus exeat, ⁊ victus abſcedat, tibiq; poſſit hic famulus tuus corde firmato, ⁊ mente ſincera, debitū pręberre famulatū. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos. Adiuratio.

Adiuro te per Deum altiſſimum maledicte ſathana, qui famulū ſuum artibus tuis tentare niteris, vt nullum violenter teneas. Contremiſce immundiſſime ſpiritus, initium omnium malorum, tranſgreſſor bonę vię, ⁊ veritatis, ac iuſtitię perſecutor, auctor fornicationis, ſeminator zizaniorum, diſſipator pacis, ſator diſcordię, peſſime dux tenebrarum: mortis inuentor, ⁊ ianuua inferni, vorago gentiū, omniumq; malorum cauſa: ſepara te a famulo Dei, ſicut eſt ſepa-

ratum

ratū eſt cęlum, a terra, mors a vita, ſeptentrio a merediano, lux a tenebris, veritas a mendatio, bonum a malo, iuſtitia ab iniquitate, caſtitas ab impudicitia: ita ꝛ tu ſic te ſepara maledicte ſathana ab homine iſto N. Ergo da honorem Deo maledicte ſathana, ꝛ exi ab homine iſto: vt ſpiritus ſanctus perſeueret in eo. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, ꝛ mortuos. Oremus.

OBſecro te domine Ieſu Chriſte, vt exeant omnes languores ab omnibus membris iſtius: a capite, a capillis, a cerebro, a fronte, ab oculis, ab auribus, a naribus, a genibus, ab ore, a lingua, a dentibus, ꝛ faucibus, a gutture, a collo, ab humeris, a corde, a ſtomaco, a lateribus, a carne, a ſanguine, a tibijs, a pędibus, a digitis, a planta, a medulla, a neruis, a cute, ꝛ ab omni compagine membrorum eius. Exaudi me domine miſerum peccatorem: tibi ſit virtus, ꝛ poteſtas, ꝛ imperium in ſecula ſeculorum. R. Amen. Exorcizatio.

EXorcizo te immunde ſpiritus in nomine Dei pa ✠ tris omnipotentis, ꝛ in nomine Ieſu ✠ Chriſti filij eius, ꝛ in virtute ſpiritus ✠ ſancti, vt exeas, ꝛ recedas ab hoc famulo Dei N. Ipſe tibi imperat maledicte, ꝛ damnate, qui ſiccis pedi-

bus ſupra mare ambulauit, ⁊ Petro ſe mergenti dexteram porexit: qui ceco nato oculos aperuit, ⁊ quatriduanum Lazarum de monumento reſuſcitauit. Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, ⁊ da honorem Deo viuo, ⁊ vero, ⁊ da honorem Jeſu Chriſto filio ſuo, ⁊ ſpiritui ſancto paraclito, ⁊ recede ab hoc famulo dei N. per hoc ſignū ſancte cru ✠ cis: quod nos fronti eius damus. Tu maledicte diabole nunquam eum audeas violare, ⁊ in eo amplius non preſumas ſtare. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos. Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, Deus moyſi, Deus Aaron, Deus Tobie, ⁊ Deus omnium prophetarum: tu hunc famulum tuum de tentationibus diaboli eripere digneris. Et q̄a ipſi im mundi ſpiritus ab initio fuerunt fallaces, ⁊ falſe egerunt, ⁊ nunquam pro veritate ſteterunt: ſed ſemper in omni malitia, iniquitate, ⁊ ſuperbia, ⁊ vanitate, atq; cupiditate manſerunt: ideo iube domine Deus clemens angelos tuos benignos adeſſe, qui expellant inimicos malignos. Et iſti ſerpentes antiqui crudeliſſime voraces langueſcant cum conſortibus ⁊ ſubiectis omnibus ſocijs eorum.

rum. Et ſicut percuſſiſti in ira ⁊ furore tuo Sodomam, ⁊ Gomorram: ſic percutias inimicos aduerſarios tuos: qui hunc famulum tuum decipiunt: vt eum fatigare, ⁊ decipere nõ poſſint: nec latere in corpore: quod non fecerunt: nec in anima, quam non dederunt: nec in vlla compagine membrorum eius. Et quomodo tu domine de limo terrę eum formaſti, ⁊ in eo neruos compoſuiſti, ⁊ ſpiritum tradidiſti: ita pręſta nobis quęſumus domine miſericordiam tuaꝫ poſcentibus, vt exploratores ſeduli, ſeductores gentium, laquei mortis, filij tenebraruꝫ damnati: iubente te domine Deus noſter poteſtatẽ non habeant ſuper hunc famulũ tuum N. fatigare, nec contriſtari, nec deſperatum facere: nec mortem ei tradere: ſed iſti deſtructores gentium, deſtructores membrorum, per gloriam nominis tui domine: ⁊ filij tui dñi noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ cru✠cem in qua pependit: ſicut ſtipulę ante faciem venti: ⁊ ſicut ligna cõburuntur ab igne inferni: ⁊ ſicut ros, ⁊ nix ante radium ſolis perit: ſic pereant ⁊ defluant, ⁊ diſſipentur a corpore, ⁊ anima famuli tui, ⁊ pereant per loca arida, ⁊ deſerta: vbi ſancti, ⁊ iuſti nõ habitant: quia tu dñe nõ ex argento, neqꝫ gemmis ꝓcioſis emiſti nos, ſed de ſancto corpore, ⁊ ſanguine filij tui, per

paſſionem crucis redemiſti. Proinde nunc nos habeant poteſtatem inimici tui, ꝛ aduerſarij tui i famulo tuo nocere, neq3 iniuriari, ſed recedant cum omni nequitia eorum. Et ſicut ſeparaſti domine luce3 a tenebris, iuſtitiam ab iniquitate, mendacium a veritate, ſic eos dñe iubeas exire, ꝛ ſeparari ab anima, ꝛ corpore famuli tui N. a capite vſq3 ad pedes ꝑ oẽm cõpaginem mẽbrorum eius. Per dñm noſtru3 Jeſum Chriſtum. Adiuratio.

Adiuro vos ſpiritus, ꝛ angeli maligni, ꝛ perſecutores chriſtianorum: ꝑ Pa ✠ trem, ꝛ fi ✠ liu3, ꝛ Spiritum ✠ ſanctum, per aduentum domini noſtri Jeſu Chriſti, per annunciationem Gabrielis Archangeli ad Mariam virginẽ: ꝑ natiuitatẽ dñi, ꝑ infantiã, ꝛ ꝑſecutione3 ab Herode: ꝑ paſſionẽ dñi noſtri Jeſu Chriſti: per patibulũ crucis eius, per ſanguinem eius, per ſepulcrũ eius: ꝑ eſurrectionẽ eius, ꝑ aſcenſionẽ eius in cęlu3, ꝛ per aduentum eius ad diem iudicij, ꝛ iuſtu3 iudicium iudicãdi inter iuſtos, ꝛ peccatores, ꝛ per oẽs etiam virtutes cęlorũ, ꝛ per choros angelorũ, archangelorũ, prophetarũ, apl'oru3, martyrum, confeſſorum, ꝛ virginũ, atq3 oium ſanctorũ Dei, vos dęmones coniuro, vt non habeatis poteſtate3 fatigandi hunc famulũ Dei N. per eum qui venturus eſt iudicare vi-

reviuos, ꝛ mortuos, ꝛ ſcłm̄ ꝑ ignē. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, petimus humili prece diuinam clementiã tuam: vt famulum tuũ N. quē conſpicimus ab antiquo hoſte ſathana grauiter tentari, ꝛ ſenſum ſuũ perturbari, atq; vexari, ab eius impetu clementer eripias, ꝛ hoīez tuis manibus formatũ, a ruina, ꝛ dęmonio meridiano eripias: vt hic in eccleſia tua poſitus, abeat ꝑ baptiſmatis ſacramentum dęmon cõuictus. Et qui nomen ſanctum tuũ confitetur, nulla poſſit aduerſitate diabolicę tētationis auerti. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui venturus eſt iudicare. ꝛc.

AUdi ergo ſpũs immunde, quia tibi interdicitur figura Dei, ꝛ ſicut confirmauit dominus mari terminum, liberauit hominem de morte: ita Chriſtus liberet hunc famulum ſuum N. de inimicis ſuis. Eſt eniz vera promiſſio Dei facta, q in celis eſt, ꝛ in nobis ſignatum eſt nomē dñi. Chriſtus natus, Chriſtus paſſus, Chriſtus a mortuis reſurrexit: qui pro nobis pependit in ligno: qui liberauit tres pueros de camino ignis: Sydrach, Miſach, ꝛ Abdenago, ꝛ Danielem de lacu leonum, ipſe liberet hunc famulum ſuum N. de poteſtate inimici. per cuz, qui venturus eſt iudicare. ꝛc. Oremus

 D o-

DOmine Jeſu Chriſte: qui dediſti poteſtatem diſcipulis ſuis ſuper omnia demonia: vt eijcerent ea de corporibus obſeſſis, et dixiſti eis, ſi haberent fidez ſaltem vt granum ſinapis: nihil eis impoſſibile fore, et nullum eſſe tam forte demonium, quod non fugeret, audito noie ſancto tuo: nos indigni ſerui tui fidē tuā gdē ſeruamus, et inuocamus nomē ſanctū tuū ſup hūc famulū tuum N. quē vexat diabolica ſeuitia: vt p virtutē tuam diabolū conteras, atqʒ euellas, vt eijcias illū draconem de corpore huius facture tue: et fiat deinceps hoc corpuſculū mundū, et expiatuʒ a demone, quod baptiſmi aqua dudum abluit, et purificauit: per te Chriſte ſaluator mundi; Qui viuis, et regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus. Oremus.

TRibulationuʒ optime terminator Deus, famulum tuum N. a peſſimis demonibus tua permiſſione obſeſſum libera: vt adiutorio clementie tue mundus, ab omnibus impugnationibus demonum liberetur. Per dominum noſtrum. Exorcizatio.

EXorcizo te immunde ſpūs, draco baſiliſche: ſerpens noxie, per Deum patrem oipotentē, per verbū veritatis, et per ſignum ſancte cru ✠ cis Jeſu Chriſti Nazareni: et per agnū immaculatū, de altiſſimis progreſ-

ſum,

ſum: de ſpiritu ſancto conceptum, de virgine Maria natū, quē Gabriel archangelus nūciauit venturum: vt recedas ab hoc famulo Dei N. Adiuro te per eū, quem Johannes videns exclamauit dicens, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixerat, poſt me venit qui ante me factus eſt: cuius non ſum dignus corrigiā calciamenti ſoluere. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum p ignem. Exorcizatio.

Exorcizo te diabolicę poteſtatis inuentor, & malitię, cum ſatellitibus tuis: precipiens tibi in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti. In nomine glorioſiſſimę Trinitatis, cui nouem ordines angelorum, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Poteſtates, Virtutes, Principatus, Cherubim, & Seraphim, Patriarchę, & Prophetę, Apoſtoli, & omnes ſancti dant honorem & gloriam, qui diebus, ac noctibus proclamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens, vt recedas, & repellaris ab hac creatura Dei N. cum omnibus infeſtationibus tuis, nec non malitię tuę artibus: ita vt vbicunq creatura iſta fuerit cum ſigillo ſanctiſſimę cru ✠ cis, aut aſperſione aquę benedictę, ibi omnes inuentiones tuę malitię effugentur, & nul

lus eis locus relinquatur. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos. Exorcizatio.

Exorcizo te immunde ſpiritus per Deum omnipotentē, qui fecit cęlū, ⁊ terrā, mare, ⁊ oia quę in eis ſunt: vt exeas ab hoc famulo Dei ✠ Proinde omnis virtus aduerſarij, omnis exercitus diaboli, omniſq́ꝫ incurſus inimici, ⁊ omne phantaſma diaboli eradicare, explātare, atqꝫ effugare ab hac creatura Dei, quā Deus, ⁊ dn̄s noſter Jeſus Chriſtus ad ſuā ſanctā gratiā vocare dignatus eſt: vt fiat templum Dei, ⁊ ſpiritus ſanctus habitet in eo, in nomine dn̄i noſtri Jeſu Chriſti, Qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per igneꝫ. Exorcizatio.

Exorcizo te ſpūs immunde: exi ab hac creatura Dei ꝑ inuocationē dn̄i noſtri Jeſu Chri: nō tibi impero ego peccator: ſed tibi impat agnus immaculatus Jeſus Chrs dominus noſter Dei filius: vrgent te angeli, vrgent te archangeli, vrgent te apoſtoli, vrgent te martyres, vrgent te confeſſores: vrgent te virgines. Deficiant vires tuę diabolice artis: in die, in nocte, in hora, in momēto: redde fortitudinem membris, redde animę ſanitatem, non repellas, nō morti tradas, nō in eſca, non in potu, non in locis publicis, vel occultis ei noceas: non ſuperuenias vigilanti,

nec,

nec dormiendi: nec te moueas, nec impedias, querentem vitam eternam. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Nec te lateat ſathana imminere tibi penas: imminere tibi tormenta: imminere tibi diem iudicij ſempiterni: diem qui venturus eſt velut clibanus ardens: in quo tibi atq; vniuerſis angelis tuis ſempiternus erit interitus. Et ideo pro tua nequitia damnate atq; damnande, da honorē Deo patri omnipotenti, da honorē Jeſu Chriſto filio eius, da honorē ſpiritui ſancto, in cuius virtute precipio tibi, quicunq; es, vnus, aut plures, vt exeas, atq; recedas ab hoc famulo Dei N. vt eum deo ſuo reddas, quem dominus noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam ſanctā gratiā vocare dignatus eſt: Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum. Oremus.

Te ergo domine Deus nr̄ ſupplices exoramus, vt viſitatione tua ſancta eripias famulum tuum N. ab aduerſario: nec eum permittas vſq; ad leſionem anime peruenire: ſed ſicut in Job terminū poſuiſti: ita etiam pone in iſto famulo tuo N. ne inimicus tuus in anima iſta triumphare incipiat.

Vade maledicte ſathana recognoſce ſententiam tuam, & da honorē deo vi-

tuo, ⁊ vero, ✠ da honorem Ieſu ✠ Chriſto filio eius, ⁊ ſpiritui ✠ ſancto paraclito, ⁊ recede ab hoc famulo Dei N. tibi precipio damnate immunde ſpiritus, hoſtis humani generis, per Deum patrem omnipotentem, inuiſibilem, inconprehenſibilem, atque immortalem: qui fecit celum, ⁊ terram, mare, ⁊ omnia que in eis ſunt, eradicare ab hoc famulo Dei N. ita vt vltra in eo locum nõ habeas, nec ſit in eo cõtrarie virtutis immixtio, ſed tu Deus omnipotens propitius eſto, vt corpus a demonibus obſeſſum, a tota nequitia diabolica, gratia tua eximatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊c.

Sequentia ſancti euãgelij ſm Mattheum.

In illo tempore: Cum introiſſet Ieſus Capharnaum. vt ſupra. In exorciſmo cõtra demones dicantur Pſalmi infraſcripti, videlicet Deus in adiutoriũ. ps. In dño cõfido.

Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui equitatem. Dilexiſti omnia verba precipitationis: lingua doloſa. Propterea Deus deſtruet te in finem: euellet te ⁊ emigrauit te de

taber

tabernaculo tuo, ⁊ radicē tuam de terra viuentium. Videbunt iuſti, ⁊ timebunt, ⁊ ſuper eum ridebunt, ⁊ dicent: ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorē ſuum. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, ⁊ preualuit in vanitate ſua. Ego autem ſicut oliua fructificaui in domo Dei: ⁊ ſperaui in miſericordia Dei in ęternum, ⁊ in ſeculum ſeculi. Confitebor tibi in ſeculum quia feciſti, ⁊ expectabo nomen tuum: quoniam bonum eſt in cōſpectu ſctōꝝ tuoꝝ. ps. Exurgat Deus.

¶ Litanię cum precibus, ⁊ orationibus ſuis dicantur. Deinde ſepius repetantur iſti ℣. ſequentes ſignando energuminum cum aliqua Cruce: ⁊ ad ſingulos ℣. aſſiſtentes reſpondeant. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. ℣. Ecce cru✠cem domini, fugite partes aduerſę. ℟. Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. ℣. Ecce vexillū redēptionis nrę, ideo fugite ptes aduerſę. ℟. Vicit leo. ℣. Ecce ſignū cōfuſionis vrę: ideo fugite partes aduerſę. ℟. Vicit leo de tribu. vt s.

Explicit exorciſmus, qui legitur Romę ante columnam Pontiſicis.

BENEDICTIO RVTAE

contra Dæmoniacos.

℣. Adiutoriū noſtrū in noie dñi. ℟. Qui fecit cęlū. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cū. Oremus.

Bene-

B Ene✠ dic domine Jeſu Chꝛiſte
hãc creaturã ruthę, ⁊ infunde ei ꝑ
virtuté ſancte cru✠cis tuã bene
✠ dictionez cęleſtem: vt ei qui ex
ea fumigatus fuerit, vel ſuꝑ ſe eam habuerit,
nullus inimicus nocere poſſit ⁊ in quibuſcunqꝫ
locis poſita fuerit, vel poꝛtata, ab eis diſcedat
⁊ contremiſcat diabolus, ⁊ fugiat pauidus, ⁊
non pꝛęſumat amplius inquietare, vel illude-
re creaturis tuis. Pꝛoinde ſupplico tibi do-
mine, vt ſanctum angelum tuum Raphaelē
mittas: qui euulſit, ⁊ expulit a Sara, ⁊ Tobia
dęmonem moꝛtiferum, vt illum conterat, ⁊
perdat de cũctis animabus colentibus deũ,
⁊ de balneis, ⁊ de angulis, ⁊ de lectulis, ⁊ de
omnibus locis, in quibus deo famulãtes ha
bitant, ⁊ requieſcunt, vigilant, ⁊ conſiſtunt: nõ
valeãt amplius inquietare, vel pauoꝛes im-
mittere ſuper illos, quos ſancti chꝛiſmatis
tui vnctione feciſti munitos. Qui cum deo
patre, ⁊ ſpiritui ſancto viuis, ⁊ regnas deus:
Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Benedi-
co✠ igit̃ te creatura ruthę ĩ nomine ſanctę
Trini✠tatis, ✠ patris, ⁊ filij✠ eius vnige-
niti dñi noſtri Jeſu✠ Chꝛiſti: ⁊ ſpũs✠ ſan-
cti: vt ſis exterminatio diaboli, ⁊ oĩum contu-
bernaliũ eius. Per eũ q̄ venturus eſt iudicare
viuos, ⁊ moꝛtuos, ⁊ ſeculũ per ignem. Amen.

¶ Alia

¶ Alia Benedictio rute. ℣. Adiutorium noſtrum. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus, qui feciſti celum, et terram, mare, et omnia que in eis ſunt: bene ✠ dicere digneris hanc creaturam rutbe, et ſuper eam bene ✠ dictionem tuam effundere digneris: vt per tuam ſanctiſſimam virtutem, et copioſiſſimam benedictionem, demonem hunc famulum tuum vexantem torqueat, fatiget, et expellat, ipſumque a famulo tuo ✠ pretioſiſſimo ſanguine domini noſtri Jeſu Chriſti ✠ filij tui redemptum, ab omni demonum moleſtia liberatum per tuam bonitatem cuſtodire digneris ad laudē tui ſanctiſſimi nominis. Per eundem.

Aſpergantur aqua benedicta omnia ſuprascripta poſt benedictionem factam.

¶ Benedictio contra tempeſtatē, et turbinē probata, et confirmata. In modum crucis extende manus tuas cōtra nubes: et dic Pater noſter. Aue Maria. et Credo in vnum deum patrem omnipotentem. Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, qui celum, et terram creaſti: aquas Jordanis benedixiſti: in quibus baptizari voluiſti; manus in cruce extendiſti, et totum mundum redemiſti: bene ✠ dicere digneris hanc nubem, quam video ante me poſitam, vt ibi nulla

pote-

poteſtas demonuz in ſe ipſo perueniens no-cere poſſit: Bene ✠ dicat te deus pater. Be-ne ✠ dicat te deus filius. Bene ✠ dicat te deus ſpũs ſctũs. Diui ✠ dat te deus pater: Diui ✠ dat te deus filius. Diui ✠ dat te deus ſpiritus ſanctus: De ✠ ſtruat te deus pater. De ✠ ſtruat te filius. De ✠ ſtruat te ſpiritus ſanctus. Adnihi ✠ let te Deus pa-ter. Adnihi ✠ let te filius: Adnihi ✠ let te ſpiritus ſanctus Amen. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amen.

DE ORATIONE FACIENDA in viſitatione infirmorum per Sacerdotes.

Cum ipſi aliquã pſonã infirmã de-cũbentẽ viſitauerint, ⁊ aliquã oõ-nẽ ſup eã facere voluerint: poterũt vti forma infraſcripta: vez. Primo intrantes domuz vel camerã infirmi dicant. Par huic domui. ℟. Et oib' habitãtib' i ea. Et accedẽtes ad lectulũ infirmi eũ dulciter ſalutent, ad patiẽtiã hortãtes: ⁊ aliqua verba ſancta pro ipſius exhortatione ⁊ cõſolatione dicẽtes. Et qa infirmitas corporalis frequẽ-tius euenit ꝑpter infirmitatẽ ſpiritualẽ, hor-tent eum, vt ſi cito velit ſanari ab infirmitatẽ integram ⁊ verã confeſſionẽ faciat de omni-bus pcis ſuis. Poſtmodum ſacerdos dicat. Cariſſime, ſi dñs vobis pſtare dignabitur

ſanitatem, nõne proponitis de cetero pro viribus a peccatis cauere, ⁊ eius mandata pro poſſe ſeruare? Quo promittente dicat ſacerdos. ℣. Adiutorium noſtruȝ in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Introeat queſumus dñe Jeſu Chriſte domum hanc ſub noſtre humilitatis ingreſſu eterna felicitas, diuina proſperitas, ſerena letitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna, effugiant ex hoc loco acceſſus demonuȝ: adſint angeli pacis: domumque hanc deſerat effugata diſcordia. Magnifica domine ſuper nos nomen ſanctum tuum, bene ✠ dic conuerſationi noſtre: ſanctifica noſtre humilitatis ingreſſum, qui ſanctus ⁊ pius es, ⁊ permanes cuȝ pa re ⁊ ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorũ. Amẽ. tõs. Domine ne in furore. 99. ℣. Dominus vobiſcuȝ.

Sequentia ſancti euãgelij ſm Mattheum. Dum ſacerdos dicit. Sequentia ſancti. ſignũ crucis faciat ſuper ſe in fronte, ſuper os ⁊ pectus, ⁊ ſimiliter ſup infirmũ, ſi fuerit maſculus: ſi vero femina fuerit: duȝ ſacerdos ſe ſignat: p ſemetipſaȝ in locis p̃dictis ſe ſignet. Hoc idẽ in ſequẽtibus euangelijs obſeruet.

In illo tpe: Cuȝ introiſſet Jeſus Capharnaum. q̃re fol. 162. Dñs vobiſcum. Oratio.

D omi-

D Omine ſancte, pater oĩpotens, ęterne Deus, qui benedictionis tuę gratiaꝫ ęgris infundendo corporibus facturam tuaꝫ multiplici pietate cuſtodis: ad inuocationem nominis tui benignus aſſiſte: vt famuluꝫ tuũ ab ęgritudine liberatum: ⁊ ſanitati donatuꝫ, dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque ecclefię tuę ſanctę cũ omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtuꝫ. pſalmus. Conſerua me domine.

Sequentia ſancti Euangelij ſm Marcũ.

In illo tpe: Recumbẽtib⁹ vndecim diſcipulis. quęre fol. 162. Dñs vob. Oremus. Oro.

Virtutum cęleſtium Deus, qui ab humanis corporibus oẽm languorem ⁊ omnem infirmitatẽ pręcepti tui poteſtate depellis: adeſto propitius huic famulo tuo: vt fugatis infirmitatibus, ⁊ viribus receptis, nomen ſanctum tuũ inſtaurata protinus ſanitate benedicat. Per Chriſtuꝫ dñm noſtruꝫ. ps. Exaudiat te dominus. Dñs vobiſcum.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſm Lucam.

In illo tempore. Surgens Jeſus de ſynagoga, introiuit in domuꝫ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt eũ pro ea. Et ſtãs ſuper illam imperauit febri, ⁊ dimiſit illaꝫ, ⁊ cõtinuo ſurgẽs miniſtrabat illis. Cũ ſol aũt

occi-

occidiſſet, omnes qui habebãt infirmos va-
rijs languoribus ducebant illos ad eũ. At
ille ſingulis manus imponens, curabat eos.
Dñs vobiſ. Et cum ſpũ. Oremus. Oratio.
Domine ſancte, pater omnipotẽs, ęter
ne Deus, qui fragilitatem humanę
cõditionis infuſa virtutis tuę dignatione cõ-
firmas, vt ſalutaribus remedijs corpora no-
ſtra & mentes vegetẽtur. Super hunc famu
lum tuum propitius intende, vt omni neceſſi
tate corporeę infirmitatis excluſa: gr̃a in eo
priſtinę ſanitatis perfecta reparet. Per. ps.
Inclina dñe aurem. Dominus vobiſcum.
¶ Sequentia ſancti euãgelij ſm Iohannẽ.
In illo tẽpore: Erat dies feſtus Iudęo
rum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymã. Eſt
autem Ieroſolymis probatica piſcina, quę
cognominatur Hebraice Bethſaida, quinq;
porticus habens: In his iacebat multitudo
magna languentium, cęcorum, claudorum, &
aridorum, expectantium aquę motũ. Ange-
lus autẽ dñi ſm tẽpus deſcendebat in piſci-
nã, & mouebatur aqua. Et qui prior deſcẽde
bat in piſcinã poſt motionẽ aq̃, ſanus fiebat a
quacũq; detinebatur infirmitate. Erat aũt q-
dã homo ibi triginta & octo annos habẽs in
infirmitate ſua. Hũc cũ vidiſſet Ieſus iacẽtẽ,
& cognouiſſet, q͞a multũ iã tẽpus haberet, di-
xit.

xit ei. Uis ſanus fieri? Reſpondit ei langui-dus. Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego, alius ante me deſcen dit. Dicit ei Jeſus: Surge, tolle grabatum tuum, ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo, ⁊ ſuſtulit grabatum ſuum, ⁊ ambula-bat. Erat autem ſabbatum in die illo. Di-cebant ergo Judei illi qui ſanatus fuerat. Sabbatum eſt non licet tibi tollere graba-tum tuū. Reſpondit eis. Qui me ſanū fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuū, ⁊ am-bula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuū, ⁊ ambula? Is autē qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Jeſus autem declinauit a turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eū Jeſus in tēplo, ⁊ dixit illi. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Reſpice domine famulum tuū in in-firmitate coꝛpoꝛis ſui laboꝛantē, ⁊ ani-mam refoue quam creaſti: vt caſtigationibus emendata, continuo ſe ſentiat tua medicina ſanatā: Per Chꝛiſtū. Ps. Qui habitat. 110. Aña Media vita in moꝛte ſumus: quē que-rimus adiutoꝛem niſi te domine, qui pro pecca-

peccatis noſtris iuſte iraſceris: Sancte De-
us, ſancte fortis, ſancte ⁊ miſericors ſaluator,
amarę morti ne tradas nos. ℟. Ne proijcias
nos in tempore ſenectutis: cum defecerit vir-
tus nr̄a: ne derelinquas nos dn̄e. Sancte
Deus. ℣. Muro tuo inexpugnabili circun-
cinge nos dn̄e, ⁊ armis tuę potentię protege
nos ſemper Deus noſter. Sancte Deus. ℣.
Aſpice dn̄e de ſede ſancta tua, ⁊ cogita de
nobis: inclina Deus meus aurē tuā ⁊ audi,
aperi oculos tuos, ⁊ vide tribulationē noſtrā.
Sancte Deus. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie
el. Pater noſter. Et ne nos inducas. ℣. Mi-
ſerere mei domine quoniam infirmus ſum.
℟. Sana me domine, quoniam conturba-
ta ſunt omnia oſſa mea. ℣. Poſt partum.
℣. Angelis ſuis. ℣. Ora pro nobis Beate
Franciſce. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟.
Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei do-
mine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion
tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat no-
cere ei. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi ora-
tionē meam. ℣. Dn̄s vobiſcum. Oremus.

Omnipotēs ſēpiterne De⁹, infirmitatē famuli tui ꝓpitius reſpice: atq; ad ꝓte-
gēdū eū, dexterā tuę maieſtatis extēde. Dño.

Once-

OMniꝑede hūc famulū tuū q̄s dn̄e Deus, perpetua mentis ⁊ corporis ſalute gaudere, ⁊ glorioſa beatę Marię ſemꝑ virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia ⁊ eterna perfrui lętitia. Per dominuꝫ. Orō. Deus qui miro ordine. ⁊c. Oratio. Deus qui eccleſiam tuam Beati Franciſci. Eccleſiam tuam Deus Beati Antonij. Oratio.

DEus qui facturę tuę ſemꝑ pio dominaris affectu, inclina aurem tuaꝫ ſupplicationibus nr̄is, ⁊ famuluꝫ tuū ex aduerſa valetudine corporis laborantē placatus reſpice, ⁊ viſita in ſalutari tuo, ⁊ cęleſtis gratię pręſta ei ſubſidium. Per dominum noſtrum.

Completa vltima oratione, ſacerdos vtranque manum ponat ſuper caput infirmi, ⁊ dicat orationem ſequentem.

SUper ęgros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Jeſus Marię filius, mundi ſalus ⁊ dn̄s, meritis beati Franciſci ſit tibi clemens ⁊ propitius. Amen. Poſtea dicat, Initiū ſancti euangelij ſecundū Johannem.

In principio erat verbum ⁊ verbuꝫ erat. ⁊c. folio. 161. Poſtea ſubiungat dicens.

DOminus Jeſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat. Intra te ſit, vt te conſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat: ſuper te ſit, vt te benedicat. ✠ Qui

cum

cum patre ⁊ ſpiritu ſancto in vnitate perfecta viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Benedictio Dei omnipotentis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiri ✠ tus ſancti, deſcendat ſuper te ⁊ maneat ſemp. ℟. Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V X Y.

Omnes ſunt quaterniones, pręter Y, qui eſt ſexternio.

Venetijs, Apud Hęredes Franciſci Rampazetti.

Ad Inſtantiam Hęredes Melchioris Seſſę M D LXXXI.